


38





45

# Scribendi Orandiq; Modus per Ant. Mancinellum.

## Operis Tituli.

Orationis initium. Titulo	i.
Epistola quid & unde dicitur. Titulo	ii.
Epistolare officium quid Tit.	iii.
Epistolarum genera. Tit.	iiii.
Epistolæ modus & qualitas. Tit.	v.
Littera & litteræ Ti.	vi.
B næ litteræ: duæ Epistolæ Tit.	vii.
Calendæ. Nonæ. Idus Tit.	viii.
Quot dies. Nonas: Idus mensis habet Tit.	ix.
De quinque partibus artificiosæ Eloquentiæ. Tit.	x.
De Phrali: id est elocutione Tit.	xi.
De laude & vituperatione. Tit.	xii.
De memoria Tit.	xiii.
De Pronunciatione Tit.	xiiii.
Discendum esse Tit.	xv.
Studendi modus Tit.	xvi.
Lectio qualis sit. Tit.	xvii.
Discipulorum officium Tit.	xviii.
Præceptoris officium. Tit.	xix.
Præceptoris contubernium Tit.	xx.

Vocum proprietates. Ex Donato. Aulo Gellio. Alconio pediano. Macrobio. Rhetoricis Ciceronis. Tusculanis questionibus. Vegetio de re militari. Capro. Pompeio. Festo. Nonio Marcello. Tullio de natura deorum. Tullio de Divinatione. Lactantio Firmiano. Tit. xxi.



37  
Ant. Mancinelli Veliterni Scribendi Orandiꝫ Modus ad Valerium Cris-  
pinum iureconsultum eximium: Ciuemqꝫ Veliternum qꝫ optimum & Ge-  
nerolum.

i  
Ampridem Valeri mi disertissime Scribendi orandiꝫ modum  
pro tuis in me officiis: summaqꝫ in meos oīs beniuolētia tibi di-  
care statueram: Aliis tamen grauioribus occupato haftenus nul-  
la fuit unquam occasio. Nunc uero explicitus aliquantulū: Quæ  
cunqꝫ de ratione dicendi collegeram ad te mitto patriæ lumen: Es enim ad  
excogitandum prudentissimus. ad faciendum solertissimus: natura admira-  
bilis. industria singularis: uerbisqꝫ expeditus: Vnde in maximis causis uerfa-  
tus patronus optimus diligensqꝫ in illis cognoscendis & componēdis es ha-  
bitus: Sæpiusque a Senatu populoqꝫ Veliterno orator ad principes: maxi-  
mumqꝫ pontificem electus: causam omnem ex animi sententia obtinebas.  
Quocirca & honores & pecuniam & gratiam apud omnes es consecutus.  
Consequentur eadem: ut facile datur intelligi: Laurētius: Lactantius: Quin-  
tilianus: Hippolitus filii tui. Sunt enim magna indole pueri: summoqꝫ inge-  
nio peracuti: Veliternisqꝫ omnibus qꝫ gratissimi. Ad eorum igitur commo-  
da scribendi orandiꝫ modum tibi consultissime Valeri animæ dimidium  
meæ dedico. Vale & salue cum tota prole. Datū Venetiis decimonono ca-  
lendas lunias. M. cccc. Lxxxiii.

Orationis initium. Ti. ñ



Ris sortus ab initio oli confusus erat q̄ tandē paulatī uocē di-  
scernens: res oīs suo noīe appellauit. Mercurium aiūt apud  
ægyptios primū uerba in ordinē redegisse: multisq; rebus ī  
posuisse noīa. fuisse quoq; l̄rarū iuētore. īstituisseq; quo ho-  
nore q̄busue sacris colerent̄ dii: de q̄bus oībus Diodo. uo-  
lumine priō. Athenis aiūt primū se orator extulit: primūq;  
etiā monumētis & litteris oratio ē cōpta mādari: quod Ci-  
cero de claris oratoribus memīt. Vsq; Fabius Quintilia. li. iiii. edocet: Anti-  
phon orationē primū oīum scripsit. At Laertio teste: Socrates cum Aeschi-  
ne discipulo primus oratoriæ cāpos aperuit. Romanorū aiūt primus artis  
rhetorices cōdidit aliqua. M. Cato Censorius. M. Antonius incohauit. p̄ci-  
puū uero lumē: sicut eloquentiæ: ita præceptis quoq; eius dedit unicū apud  
nos specimē orādi docendiq; oratorias artes. M. Tullius: de quo Fabius libi  
iii. latius scribit. Atq; ut Suetō. asserit: Rhetoricæ artis facultas apud Roma-  
nos adeo floruit ut nōnulli ex infima fortūa in ordinē lenatoriū atq; ad sū-  
mos honores p̄cesserint. Grāmaticus præterea Rhetoricen docēs Rhetō-  
is officio fungit̄ nō suo: ut inq̄t Fab. li. ii. ubi etiā mōet grāmaticen & rhetō-  
ricen una eē tradēdos. Epistola qd̄ & unde dicit̄. Tit. iiii.

e Pistola ē q̄si certa qd̄ā nūcia nostrarū rerū: interdū alienarū: & fida  
interpret̄ mētis nr̄æ. Cui quæ uolumus p̄ti nr̄o noīe: p̄ti aliorū ab-  
sentibus significar̄ cōmittimus. Descēdit aiūt epistola a medio paracimeno  
id ē p̄terito p̄fectō uerbi huius epistello qd̄ est significo: mitto: mādō: iubeo  
nā aiūt unū. i. in futuro: & dicit̄ epistelo. deīde. e. ī penultīa futuri mutatur ī  
o. ī penultīa paracimēi & dicit̄ epistela. unde nos epistolā dicit̄: quā illi epi-  
stolin uocant. Epistolare officium quid sit Ti. iiii.

e Pistolare officiū est de re familiari aut de quotidiana cōuersatōe ali-  
qd̄ scriber̄: & quodāmō absentes īter se p̄ntes fieri: dū mutuo qd̄ aut  
uelit̄: aut qd̄ gestū sit nūciāt. licet interdū cōfabulatiōis tale cōuiuiū  
doctrinæ quoq; sale condiatur. Ita quidem Hieronymus ī epistola ad Mar-  
cellam scribit. Epistolarum genera Ti. iiii.

e Pistolarum genera tria sunt potissima: ut Cicero ad Curionem in-  
quit. Sed unum illud certissimum: cuius causa res ipsa inuenta est: ut  
certiores faceremus absentes: si quid esset quod eos scire aut nostra  
aut ipsorum interesset. Alterum familiare & iocosum. Tertium leue  
& graue.

Epistolæ modus & qualitas Ti. v.

e Exuntur epistolæ quotidianis uerbis: Vnde & quædam etiam ne-  
gligentia est diligens: ut Cicero meminit in libro de p̄fecto orato-  
re. Nam ut mulieres esse dicuntur nōnullæ inornatæ: quasi idip-  
sum deceat sic hūilis & subtilis orō etiā incōpta delectat. Sermo purus erit  
& latinus: dilucide planeq; dicetur. In dicendo enim uitium: uel maximum

est ab uulgari genere orationis: atq; cōsuetudine cōis sensus abhorret. Vñ  
 & Au. Ge. li. xiiii. c. viii. diui augusti epistolas elegātia orōnis neq; morosa ne  
 anxia: sed facili hercle & simplici laudat. Pli. quoq; iunior ad Thuscū ait: Et  
 p̄ssus sermo: purusq; ex epistolis petiſ. Seneca itē ad Luc. epi. lx. inqt. Minus  
 tibi accuratas a me epistolas mitti q̄reris. q̄s. n. accurate loqtur nisi q̄ uult pu  
 tate loq;. Qualis sermo meus eēt: si una sederēus: aut ābularēus: illaboratus  
 & facilis: tales uolo eē epistolas meas q̄ nihil habeāt accersitū nec fictū: sed  
 si fieri posset qd sentiā ostēdere q̄ loq; mallē. Non mehercule ieiuna esse &  
 arida uolo: q̄ de rebus tā magnis dicent. neq; enī phia ingēio renūciat Mul  
 tū tñ opæ ipendi uerbis nō oportet. Epistola etiā. xlv. inqt. Sed ne epistolæ  
 modū excedā: q̄ nō debet sinistra manū legentis implere in aliū diē hanc litē  
 cū dialecticis differā. Noscendū tamē epistolā sinistra legētis implere: quū lō  
 gior fuerit: tūc enī & dextra & sinistra teneri necesse ē. Epistolæ autē initiū  
 huiusmodi fere solet esse. M. Tullius Terētiae salutē. Terētia Marco Tullio  
 salutē. Semp enī scribētis nomen p̄pōiſ etiā inferioris. Vnde & Anacharsis  
 scytæ phī ad Ammonē regē epistola ita incipit. Anacharsis Ammoni salutē  
 de quo latius Cice. li. iiii. tus. Itē Rex Alexāder louis Ammonis filius Olym  
 piadi matri salutē dicit: de quo Gel. li. xii. c. iiii. In calce uero epistolæ ponet  
 Vale. Cura ut ualeas. Bene uale & me dilige. Fac ualeas: meq; ames. Tu fac:  
 qd̄ facis ut me ames: teq; amari a me scias. Vale. da operam ut ualeas: meq;  
 ames amore illo tuo singulari. ualebis igit: meq; ut a puero fecisti amabis.  
 Cura te diligēter. Vale: Cura mi iuli ut ualeas: hoc mihi gratius facere ni  
 hil potes. Viue & uale. uale etiā atq; etiā. Ponet inde Data uel datū: inde di  
 es & nūerus annoꝝ christiāe salutis: ex ī locis ipsis unde epistola mittitur.  
 Epistolæ deniq; formula erit eiusmōi. Anto. Mācinellus Valerio Crispino  
 salutē. Spectata fides & amor ī me tuus egerūt ut tibi q̄ alteri potius scribe  
 re: cōmēdarēq; res meas oīs & liberos. Itaq; me abñte: absūm siqdē iter die  
 rū nouē. oro ac obsecro illorū curā suscipias qualē forte prō tuis de me re  
 bus ac liberis subire uelles. Cura rē diligenter: nihil enī gratius mihi unq; ef  
 ficies. Vale ac salue: meq; ut soles ama. Datū Venetiis decio calēdas iunias  
 Anno christiāe salutis. M. CCCCLXXXVIII. Vbi uero litteras obli  
 gnaueris. illius nomē ad quē litteræ ipsæ p̄ferendæ sunt: huiuscemodi uer  
 bis extra notabis. Valerio Crispino iurecōsulto eximio: ciuiq; ueliterno q̄  
 optio: suo ac fratri. Poteris & te intus ī calce subscribere si uolueris hoc pa  
 cto. Idē tibi deditus. deuotusq; cliens. Caue seruitor dicas: ut uulgo assolet.  
 Cliens enim latinum est & in hoc proprium.

Littera & litteræ Ti. vii

Littera in singulari numero significat elemētū ipsum: ut A. B. uel ma  
 num scribētis: ut ad Atticū Cice. Nā Alexidis manū amabā: q; tam  
 p̄pe accedebat ad similitudinē tuæ litteræ. In plurali uero epistolā



præterq̄ apud poetas qui pro epistola uersus gratia in singulari semp utunt  
ut Ouidius: Quam legis abrupta briseide littera uenit. Nā quod Cicero ad  
Celiū scribit ad se nullā litterā Bibulū misisse: ita ait quasi nullum uerbum  
misisse. quod ut uehementer extenuaret: nō dixit uerbum aut syllabā sed lit-  
teram. Frequentissimum igitur est litteræ pro epistola.

Binæ litteræ: duæ epistolæ. Tit. vii.

**d** Icendum est unam epistolā duas tres. quatuor. quinque epistolas. Vnas  
uero litteras binas: ternas: quaternas: quinas: senas: septenas & cætera.  
Nunq̄ aliter uel rarissime quale esset. Vnas binas ternas epistolas: duas tres  
quatuor litteras. Si tamē dicas accæpi abs te binas litteras nō subiūgas quar-  
sum alteri respondi p̄ proximū tabellariū: alteri nūc respōdeo sed alteris. De  
epistola uero apertū est: ut accæpi duas epistolas quā ū alteri iā respōdi alte-  
ri nūc respondebo.

Calendæ. Nonæ. Idus. Tit. viii.

**c** Alendæ dicunt̄ a Calo id est uoco teste Macrobio lib. i. sat. q̄a sole-  
bat Romæ minor p̄tifex noua cōspecta lūa plæbem uocare. ut au-  
diret quot dies a calendis ad nouas inpassent. & hoc ideo quoniam  
nonaḡ die oportebat populares qui in agris essent confluere in urbē. acce-  
pturos cās feriaḡ a rege sacrorum. sciturosq̄ qd eēt eo mēse faciendū. unde  
qdam hinc nonas æstimant dictas quasi nouæ initium obseruationis. Vel q̄  
ab eo die semper ad idus nouē dies putant̄. Vel nonæ dicunt̄ a non. Nullus  
enim deus habuit festū in nonis. Vnde Ouidius libro. i. fastorum ait. No-  
naḡ tutela deo caret. Erāt præterea calendæ oēs lunoni dicatæ q̄a initium  
mēsiū maiores nostri ab exortu lunæ seruabāt. Iure itaq̄ calendæ iunoni  
addixerunt. lunam ac iunonem eādē putātes. Vel q̄a luna per aerē meatu  
Iuno aut̄ aeris arbitra est. merito initia mensiū. i. calendæ huic deæ cōsecra-  
uerunt. putant aliqui idus q̄ eo die plena luna uideatur. a uidendo uidus ap-  
pellatos. mox litteram. u. detractam. ut Macrobius ait qui etiam scribit ita.  
Idus. uocamus diem qui diuidit mensem. Iduare. n. hetrusca lingua diuidere  
est. unde uidua quasi ualde idua. id est ualde diuisa. aut uidua. i. a uiro diuisa.  
Erant autem idus oēs ioui tributæ & oibus idibus ioui imolabat̄ a flamine.

Quot dies. Nonas. Idus. mensis habet. Tit. ix.

**i** Vnius. Aprilis. September siue Nouember.

Triginta lucæ: reliquis tamen una superlit.

Octo & uiginti february accipit ortus.

Si bissextus erit tunc unus iungitur illis.

Prima dies mensum romanis esto calendæ

Sex nonas maius ue october iulius & marsa

Quattuor aut̄ alii. tenet idus quilibet octo.

Idibus expletis quot lucæ quære supersint.

Inde diem mensis primum superadde sequentis.

Habito quot dies mēsis habet denominatos a nonis & idibus sicut i exem-

plō patebit. Subtractis nonis & idibus residui dies erunt calendæ. Notandū tamē numex in ablatiuo. Nonas aut̄ & idus in accusatiuo poni debere: sed inter numerādū præpostero utemur ordine. Sitq; exemplo iulius continēs diē unū & triginta. Nonas uero sex. Dic igif.

Calendis iuliis: uel intra calendas iulias die primo iulii.

Sexto nonas iulias die. ii. iulii.

Quinto nonas iulias die. iii.

Quarto nonas iulias die. iiii.

Tertio nonas iulias die. v.

Pridie nonas iulias die. vi.

Nonis iulii die. vii.

Iam finitis nonis reliquos octo dies similiter iduum cognōminatione notabimus.

Octauo idus iulias die octauo iulii.

Septimo idus iulias die nono.

Sexto idus iulias die decimo.

Quinto idus iulias die undecimo.

Quarto idus iulias die duodecimo.

Tertio idus iulias die. xiii.

Pridie idus iulias die. xiiii.

Idibus iuliis die decimoquinto.

Nunc reliquos iulii mensis quotquot superfuerint dies calendarum appellatione significabis: quæ quidem sunt futuri mensis: neq; ordinis: neq; numerationis ratione mutata. Superfunt deniq; dies. xvi. addendoq; primū mēsis sequentis diem erunt xvii. itaq; dices.

Calendæ.

Decimoseptimo calendas augusti die. xvi. iulii.

Decimosexto calendas augusti die. xvii. iulii.

Decimoquinto calendas augusti die. xviii. iulii.

Decimoquarto calendas augusti die. xix. iulii.

Decimotertio calendas augusti die. xx. iulii.

Decimosecundo uel duodecimo calendas augusti die. xxi. iulii.

Decimo primo uel undecimo calendas augusti die. xxii. iulii.

Decimo calendas augusti die. xxiii. iulii.

Nono calendas augusti die. xxiiii. iulii.

Octauo calendas augusti die. xxv. iulii.

Septimo calendas augusti die. xxvi. iulii.

Sexto calendas augusti die. xxvii. iulii.

Quinto calendas augusti die. xxviii. iulii.

Quarto calendas augusti die. xxix. iulii.

Tertio calendas augusti die. xxx. iulii.

Pridie calendas augusti die. xxxi.

De quinque partibus artificiosae eloquentiae. Tit. x.

¶ **Q**uinq; partibus artificiosa eloquentia constat. Inuentione. Dispositione. Elocutione. Memoria. Pronunciatione. Est. n. opus inuenire qd dicas. Inuenta disponere. deinde ornare uerbis. post memoriae mādare. Tū ad extremū agere & pñūtiare cū dignitate & uenustate. Inuentio itaq; est excogitatio rerū uerax aut uerisimiliū: quæ cām pbabilem reddāt. Dispositio est ordo & distributio rerū quæ demonstrat qd qbus locis sit collocandū. Elocutio est idoneorum uerborū & sñiarū ad inuentionem accōmodatio. Memoria est firma animi rerū ac uerborū & dispositionis pceptio. Pronūciatio ē uocis: uultus: gestus: moderatio cū uenustate. Inuentio ī sex ptes orōnis cōsumit. In exordium. Narratiōem. Diuisionem Cōfirmatiōem: Confutatiōem. Conclūsiōem. Exordium est principium orōnis p quod animus auditoris uel iudicis constituit. uel apparatus ad audiendum. Narratio ē rerū gestarū aut proinde ut gestarū expositio. Diuisio est per quā aperimus quod cōueniat qd in cōtrouersia sit. & per quā exponimus qbus de rebus simus acturi. Cōfirmatio est nostrorū argumētōrū expositio cum asseueratiōe. Confutatio est cōtrariorū locorum dissolutio. Cōclūsiō est artificiosus terminus orationis.

De Phrasi id est Elocutione. Tit. xi.

¶ **V**intiliano teste lib. viii. Quā græci Phrasin latine dicimus elocutionem. Sed eā spectamus uerbis aut singulis aut cōiūctis. In singulis inuendū est ut sint latina pspicua ornata: & ad id qd efficere uolumus accōmodata. in cōiūctis ut emēdata ut collocata ut figurata. Elocutiōis atq; ps difficillima. Vnde & M. Antonius apud Ciceronē de oratore ait a se disertos uisos esse multos: Eloquētē uero neminē disertos satis putat dicere qd oportet: ornate atq; dicere pprie esse eloquētissimi. Elocutio deniq; Cicerōe autore lib. iiii. ad herennium cōmoda & pfecta quæ maxime ad modū orōnis accōmodata est: tres res in se debet habere. Elegātiā. Compositiōem. Dignitatē. Elegantiā est quæ facit ut unūquodq; uerbū pure & aperte dici uideatur. Hæc diuidit in latinitatē & explanatiōem. Latinitas est quæ sermonē cōseruat purū ab omni uicio remotū. Vitia in sermone quo minus is latinus sit duo possunt esse. Soloecismus & Barbarismus. Explanatio est qd reddit & apertam & dilucidam oratiōem. Ea comparat duabus rebus: Usitata uerbis & ppriis. Usitata sunt ea quæ uersant in sermone & consuetudine quottidiana. propria quæ eius rei uerba sunt: aut esse possunt: de qua loquimur. Compositio est uerborum constructio æquabiliter perpolita. Dignitas est quæ reddit ornatam orationem: uarietate distinguens.

Soloecismus.

Soloecismus est inconueniens romano sermoni iunctura uerborum: cōtra regulam artis grāmaticæ posita: ut Diomedes scribit: fit autem modis generalibus quattuordecim. Immutatiōe generū: ut dicendo purpurea narcissus: pro purpureus narcissus. Immutatiōe casuum: dicendo Urbem quam sta-

tuo uestra est: pro urbs. Immutatione numerorum: ut pars in frustra secāt  
pro secat. Immutatione personarum: ut Danaï qui parent attridis: quā pri-  
mum arma sumite: p qui paretis. Immutatiōe temporum: Ut nec ueni nisi  
fata locū: sed emq; dedissent: p nec uenissē. Per qualitates uel significaciones  
uerborū: ut expoliātur eos. & corpora nuda relinquūt. Per modos uerborū  
At rutulo regi ducibusq; ea mira uideri: p uidebant. Per aduerbia localia: ut  
intus eo intro sū p itus sum: eo itro. Per præpositiōes quū alia p alia ponit:  
ut sub lucē ibant: pro ante lucem: Per gradus: ut bonus aut melior oīum pro  
optimus uel ecōuerso: Per cōiunctiōes: ut subiectisq; urerē flāmis: p ue. Per  
geminationē abnuendi: ut nihil nūq; peccaui: Cū dici debeat. Nūq; uel nihil  
unq; peccaui: Per accentus ut siqs p nunciaret sine accētū in fine pone. falso:  
Vna: quæ qdem differētiae cā in ultimo accētū habēt. Ve priscianus admo-  
nuit. Per ordīs imutationē: ut aut fieri nō debet: pro fieri aut nō debet. Sunt  
& qui putent ait Diomedes: Soloecismū esse: si demōstrātes uigē. hanc dica-  
mus. aut foeminā: hunc. Aut interrogāti quo pergamus: respondeat Romæ  
Aut unum salutātes: Saluete dicamus. Cū utiq; præcedens demōstratio. iter-  
rogatio: uel salutatio: uim cōceptæ orōnis cōtineāt. Soloecismus aut ē i pro-  
sa: In poemate enim Schema dicitur. i. figura siue cultus.

#### Barbarismus.

Barbarismus est cōtra romani sermōis legē: aut scripta aut p nunciata uicio-  
sa dictio. fit. n. in una pte orōnis tantū. Sed id uiciū in soluta orōne nomen  
suū optinet: dicit. n. Barbarismus. i. dissonās: apud poetas aut Metaplasmus  
uocat. i. trāsformatio. Quintilianus itē libro primo docet Barbarismū eē  
unius uerbi uicium. Fit deniq; duobus modis: Scripto & p nunciatione: &  
hoc qdrifariā. Adiectione. Detractione mutatōe. Transmutatiōe litteræ sylla-  
bæ. Tpis adiectione litteræ fit Barbarismus: ut reliqas danaum: p reliqas. Syl-  
labæ: ut mauors pro mars. Tetuli p tuli. alituum: p alitum. Temporis: ut Ita-  
liam fato pfugus. ubi prima syllaba cū corripī debeat: pducit: Detractione  
litteræ fit Barbarismus: ut infantibus pro infantibus. Syllabæ: ut salmentū  
pro falsamentū. Temporis ut lib. viii. æn. feruere leucatem auroq; effulge-  
re fluctus. Mutatione litteræ fit Barbarismus ut olli pro illi: a uenio p adue-  
nio. Syllabæ ut pernuces p pernices. Temporis: ut feruere leucatem: Vni-  
us ob noxam Transmutatiōe litteræ fit Barbarismus ut lerigio: p religio.  
Tymbre pro tymber. Temporis ut philolophia penultima correpta: & do-  
mina dominus producta penultima.

#### Ambiguitas.

Vitanda imprimis Ambiguitas (teste Fabio li. viii.) quæ incertum intellectū  
facit: ut Chremetem audiui percussisse Demeā.

#### Perspiciuitas siue Claritas.

Nobis prima sit uirtus perspicuitatis: ppria uerba. rectus ordo. nō in longū  
dilata cōclusio. nihil deniq; desit: neq; supfluat. Ita sermo & doctis p babilis  
& planus imperitis erit: Magna uirtus ē: res de quibus loquimur: clare atq;

ut cerni uideant enunciare. **Vt: Constat in digitos extemplo arrectus uterque**  
Et in descriptione conuiuii luxuriosi: Videbar uidere alios intrantes: alios  
uero exeuntes: quosdam ex uino uacillantes. quosdam hesternae potatione  
obscitantes. humus erat imunda. lutulenta uino coronis languidulis & spi-  
nis cooperta piscium. Quid plus uideret qui interesset? Contingit eadem  
Claritas ex accidentibus. ut & trepidae matres pressere ad pectora natos:

#### Obscuritas.

Pessima sunt quae uerbis aperta occultos sensus habent. fit etiam obscuritas  
uerbis ab usu remotis. ut si commentarios quis pontificum. & uetustissima foede-  
ra. & exoletos scrutatus autores id ipsum petat ex iis quae inde contraxerit quod  
non intelligatur. hinc. n. aliqui famam creditionis affectant. ut quaedam soli scire ui-  
deant: Atqui Cicero satis aperte praeceperat in dicendo uicium uel maximum esse  
ab uulgari genere orationis atque consuetudine communis sensus abhorrere. Scripse-  
rat & C. Caesar ut tanquam scopulum sic fugias inauditum atque insolens uerbum. hinc  
Phaenonius prius adolescenti uetere uerborum cupidissimo ait (ut Gellius re-  
fert) **Viue moribus praeteritis loquere uerbis praesentibus.**

#### Verbum humile & sublime.

Sicut in oratione nitida notabile humiliter uerbum & uelut macula. ita in ser-  
mone tenui sublime nitidumque discordat. fitque corruptum quia in plano tumet.

#### Macrologia

**Vitanda macrologia: id est longior quam oportet sermo ut apud Liuium. legati non**  
impetrata pace retro domum unde uenerat abierunt.

#### Periphrasis.

Sed huic uicina periphrasis habetur. i. circuitus eloquendi uel circumlocutio  
Fit enim quum id quod uno aut paucioribus uerbis dici potest pluribus explica-  
tur. ut illud ouium teneros depellere foetus. i. agnos.

#### Pleonasmus.

Est & pleonasmus uicium quum superuacuis uerbis oratio oneratur. ut ego oculis  
meis uidi.

#### Corrupta oratio.

Corrupta oratio uerbis maxime impropriis redundatibus comprehensione obscu-  
ra compositione fracta uocum similitum aut ambiguae puerili captatione consistit.

#### De Compositione & aurium iudicio.

Compositio quidem uerborum non ex anxio labore uenit sed usu atque exercitatio-  
ne perpetua quae magis fluat de ea auribus iudicetur. quam uelut arbitrae composi-  
tionis esse debet ut Diomedes ait. Quod item Gellius asserit. ubi ait. M. Tullius  
in oratione pro Pompeio. Explicauit maluisse dicere quam explicuit dixit enim Sed  
consilii celeritate explicauit. Nam si explicuit dixisset imperfecto & debili nu-  
mero uerborum sonus clauderet. Aures deique (ut Fabius scribit) plena sentiunt  
page expleta considerant. fragoris offendunt. leuibus mulcent. contortis exci-  
tant. stabilia praebant clauda deprehendunt: redunt ac nimia fastidiunt. Cōpo-  
sitiō itaque debet esse honesta. iucunda. uaria. In omni porro compositione tria sunt ne-  
cessaria teste Fabio li. nono. **Ordo. Iunctura. Numerus.**

#### Ordo.

**Ordo compositio est uerborum aptis & accommodatis locis. Ordinis igitur obser-**

uatio in uerbis est singulis & cōtextis. Singula sunt quæ *Asyntheta* uocantur: id est sine cōpositiōe: ut *Cæsar* illud de uictō fugatoq; pharnace. *Veni. Vidi. Vici.* de quo *Apianus* li. ii. Et illud: *Amicus: familiaris: necessarius tibi sū.* In iis autē cauendū ne decreseat orō. & fortiori subiungat aliquid infirmius: ut *sacrilego fur aut latroni petulans.* augeri. n. debent sententiæ & insurgere: Ut quæ sequitur magis eo sit: quæ antecedit: ut *nobilis: egregius. magnificus. illustris. Crudelis. immāis. fur & sacrilegus.* Cōtexta autē eiusmodi. Cū iustitiā eē illā aptissime cōstet ex qua & oppida & ciuitates & puincia & regna atq; impia gubernant: cōseruaturq; & amplificant oēm cogitationem & diligentiam: actōes fortunaſq; nostras nos deniq; totos libeter exponere debemus ut ea ipsa iuris æqtas diligēter excolat. Est & alius naturalis *Ordo:* ut uiros ac foeminas. diē ac noctē: ortū & occasum dicas potius q̄ retrorsum. Itē pater genuit nutriuit in repub. collocauit. Quædā ordine pmutato fiunt supuacua: ut *Castor & Pollux* frēs gemini cum finitimis bellū gerebāt: nā si præcesserint gemini. frēs addere nō est necesse. *Terentius* tamē in *andria* inqt: Si te germani fratris dilexi loco. Verbum in fine.

Verbo sensum claudere multo si cōpositio patiatur optimū est. in uerbis. n. sermonis uis inest. & si id asperum erit cedat oratio numeris.

#### Actūs. Rectus. Verbum.

Locadæ sūt ptes iudicio auriū quoquo loco: hinc ipsa oratio nō solū formā da electōe sed cōstructione uerborū: ut primo de ora. hētur. Itaq; dicēdo: *Scipio aphyricanus* deleuit *Carthaginē:* cultius uerso ordie diceſ: *Carthaginem Scipio aphyricanus* deleuit. Debes igit accusatiuū pponere: inde *Rectum:* postea uerbū si aures id patient.

Gri. Dti. Ablti in principio.

Gri Dti: Ablti initio clausulæ ponētur. Exēplū ē. *Epistolæ* genera multa eē nō ignoras. *Domi* filius nuptias cōparabat. *Tibi* patrimoniū dii fortunent. *Fabio* uiro optimo: & hoīe doctissimo familiarissime uitor. In prælio mortē pater appetebat.

Adiectiuum ante substantiuū.

Adiectiuum nomē substantiuum præcedat: ut *optima uirtus: diuinum ingenium.*

Pronoia post substantiua.

Pronoia substantiuis ut plurimū postponatur: ut *patria nostra: filius tuus litteræ meæ.*

Præpositiones.

Præpositiones inter substantiua & adiectiua inseruntur ut *ferace in agros Ornatissimo in loco.* Cæteris in rebus hāc ob cām. iustis de causis.

Interpositio dicens

Usurpāus & alia hoc mō. Mea in istū beneficia cognoscitis. Maxima in rep. diligentia. Sūma in hospites liberalitas.

Præpositiones Cōiunctiōesq; detractæ.

Præpositiones Cōiunctiōesq; detractæ.

Detractæ autē præpositiōes cōiunctiōesq; eēt aliquid obscuritatis afferunt: & si grām augēt. ut *Suetonius* scribit. Itaq; *augustus* ut ai sensum q̄ aptissime exprimeret: nec ppositiōes uerbis addere. nec cōiunctiōes sæpius iterare dubitauit. hac autē in re *Seruius sulpitius* erit exēplo quū ait: *post me erat ægina: ante megara. dextra pyreus. sinistra corinthus.* Aduerbia

50

Aduerbia ppe uerbū frequētius poni decet: hinc M. Tullius ad cæliū ait: fabio uiro optimo & hoīe doctissimo familiarissime utor. Genitiui inter alios casus.

Inter alios casus genitiui apte ponuntur ut oīa reipū. iura. Immania sceleratorū hoīum flagitia.

Casus alii inter genitiuos. Inter genitiuos alii casus ornāt oronem ut huius claritudo uiri. huius quiritē sauctoritas loci.

Rectus inter accusatiuos ornat etiā orationē: ut hunc tu hoīem appellas? Illum ego inertem odi.

Negatiua dictio elegāter ī fine orōnis locat: ut Ciceronis illud oñdit: Tanquā ulysses cognosces tuorū neminē. Dic item: Scipione clariorem inuenies nullū. Tuo in me aīo gratius est nihil.

De iunctura.

Iunctura est in uerbis incisīs mēbris Periodis: Connexa igitur series trīs hēt formas. Incisa quæ comata dicuntur. Mēbra quæ cola. Periodon quæ est uel ambitus uel circūductū uel cōtinuatio uel cōclulio: Coma est sensus nō expleto numero cōclusus: plerumq; p mēbri ut domus tibi deerat? at habebas. pecunia supabat? at egebas. Fit at & singulis uerbis incisum diximus testes dare uoluimus. Incisū ē diximus. Mēbrū uero ē sensus nūeris cōclusus. Itaq; fere incisa & mēbra mixta sūt. & cōclusionē utiq; desiderāt: hęc oīa Fabius libro nono. Diomedes uero inq;: Coma ē iūcturæ finitio ut Et si uereor iudices: ecce unū coma ne turpe sit p fortissimo uiro dicere: iā factū est colon. i. mēbroq; quod intellectui sensū præbet. sed adhuc pendet orō deinde sic ex pluribus incisīs mēbrisq; fit piodos. i. extrema sniæ clausula. Periodos aut longior eē nō debet quā ut uno spiritu pferat.

Ca Ca: Qui Qui. Le Le

Cōmissa iter se uerba duo ex uitiā fine prioris ac priā sequētis syllaba: turpe quod sonat ut cæca caligo. dorica castra. Reliquites Ille legit. Amor mortalis.

Luce lucebat. Natam natam.

Videndū ē ne syllabæ uerbi prioris ultimæ sint primæ sequētis ut Ciceronis illud in somnio Scipionis: luce lucebat aliena. & in carmine. O fortuna tam natā me cosule romā. Et illud Seruii Sulpitii. De creui breui ad te pcribere.

Vocalium concursus.

Creber uocalium cōcursus: quū accidit hiat & intersistit & laborat oratio ut ibi. Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio oībus. Et ibi. Egredere a domo aliena Antoni.

Eiusdē litteræ assiduitas.

Vitanda est eiusdē litteræ nimia assiduitas ut illud Ennii. O tite tute tati tibi tāta tyrānide tulisti. Itē Machina multa minax minax maxima muris. Itē Cassius curans custodire cōem ciuitatē: & cæteri de re cætera certātes Cæsarē cæperunt.

Eiusdem uerbi assiduitas.

Eiusdē quoq; uerbi assiduitas nimia fugiēda ē ut illud. Nā cuius rōnis rō nō cōstat ei rōni rō nō ē fidē adhibere.

Cōsonātes asperiores.

Cōsonātes asperiores in cōmissura uerborū rixantur ut sextus roscius. Ars studiosorū. Error romuli.

.S. cum. X.

S. ultimæ cum. X. proxima stridor est uastus: ut fluius Xantus. Deceptus

Xerxes. Item si post. X. sequatur. S. ut nix solita Et si. X. alteri occurrat: ut rex Xerxes. Dux Xáthippus. uirtutis lux Xenopbō. In. S. desinentia. Plurimæ quoq; dictiōes in. S. terminatæ nō bene conueniūt: ut illud: Gignis nobis nouas præceptiones. Itaq; gignis noua præcepta nobis erit suauius.

Monosyllaba.

Monosyllaba si plura sūt male cōtinuabunt: ut Hora. illud satyra prima. Anni id fit. Et Terentii in Eu. Et cum eō clā tu te subduxisti mihi.

Disyllaba.

Breuium quoq; idest disyllabæ uerborū ac nominū uitanda cōinuatio. ut sed sese ipsos fontes esse dicant & illud: Necessse est eius rei summus artifex sit.

Pentasyllaba.

Ediuerso item longorum. i. pentasyllabæ: afferūt. n. quādā dicendi tarditatem ut impitorū intelligentia. Similiter cadentia

Illa quoq; uitia sunt eiudem loci: si cadentia similiter & similiter desinentia & eodē mō declinata multa iūganť. Et Ennii illud: Mœrētes: flentes: lachrymātes ac miserātes. Et illud fortunatorū impatorū: optimorūq; rectorū uirtus magis q̄ fortuna laudat. Item eos reduci q̄ relinq̄ temni q̄ deserui malui.

Longa in fine.

Vitetur item ne pluriū syllabæ uerbis utamur i fine ut si diceres: Fecisti cōtra Quintiliani p̄cepta & institutiōes. Præcepta. n. aptius postremo loco posueris. Versus in oratione.

Versum in oratione fieri multo foedissimū est totum: sed etiā in pte deforme utiq; si pars posterior in clausula deprehendat: ut illud Bruti: quāq; sciunt cōstituant placuisse cationi. Aut uersus prior in ingressu. ut Liuius: Facturus ne operæ precium sim. hexametri enim exordio coepit.

Longa uel breuia in principio.

Optime incipit a longis: recte aliquñ a breuibis: ut aiaduerti Brute. Maxime aut de p̄dictis oibus iudicant aures. Ex. Ab. A. Abs.

Utq; Diomedes ait. Ex & Ab præpositiōes si sequēs uerbū a uocali incipiat integræ efferunt ut ex oppido ab illo. Si tamē consonantes sequuntur extremam litterā perdunt. ut e foro. a marco. Similiter si uocalis sequat consonantis loco posita ut a iunone: e uirtute e uino. Priscianus aut lib. xiiii. scribit. Ab & ex in appositione uocali quidem sequēte semp præponi ut ab illo. ex illo: Consonante raro. & tūc si nulla asperitas uocis phibeat ut lib. ii. a ne. Ex quo me diuum pater atq; hoīum rex. At li. i. de xii. carminibus inquit. A quidem uel abs uocali sequēte nō ponimus. Ab uero nō solū uocalibus sequentibus: sed et cōsonantibus quibusdā nō male sonantibus antecedente ab: ut abduco abdo: hæc ille. licet igitur etiam dicere ab duce ab domo. Sæpe deniq; reperitur ab cōsonante sequēti præposita quod latius in lima uallensi ostendimus. ubi Laurentius docet ab cū duabus liquidis & cum. i. quādo fit consonans adiungi solere: ut ab lege ab legatis: ab litteris: ab r̄ge: ab ioue. Abs etiā



ante. q. in appositione ponit: ut abs quolibet. Ante. c. autē uel. t. in compositione  
ut abscondo: abstraho abstineo. dicitur item abs te abs tito.

Ex theatro. A theatro.

Præterea ut quibusdam uideat non idem est. Ex theatro uenit & a theatro. Ex theatro se  
uenire dicit: quod ex ipso uenit theatro. Qui uero dixit a theatro: non ex ipso thea-  
tro: sed a loco quod proximus est theatro. Ad forum & in forum ire.

Ad etiā præpositio & in non unum idemque significat. nam in forum ire est in ipsum  
forum intrare. Ad forum ire in locum foro proximum: ut in tribunal & ad tribu-  
nal uenire non unum est. Ad tribunal enim uenit litigator. In tribunal uero præ-  
tor aut iudex.

De Numeris: id est modulatione

& consonantia orationis.

Nunc de Numeris: hoc est de Rhythmis quod sine certo fine moderantur: & tamen  
rationaliter ordinatis pedibus currunt: dicendum uideat. Nam ueteres ut scribit Ci-  
cero li. iii. de orat. In soluta oratione numeros quosdam nobis esse adhibendos pu-  
tauerunt. Idemque princeps Isocrates instituisse fertur: ut in composita antiquorum dicendi  
consuetudine: delectationis atque aurium numeris abstringeret. Versus autem in  
oratione si efficiat coniunctionem uerborum uitium est: & tamen etiā coniunctionem sicuti  
uersum numero se sedere & quadrare & perficere uolumus. In oratione. n. prius pau-  
ci cernunt: postea plurimi. Rhythmus autem est modulata imago uersus cum  
habet pedum temporumque iuncturam cum lenitate. Metrum certa quantitate ac numero syl-  
labarum temporumque finit certisque pedibus consistit: ac claudit. Rhythmus tempore  
ac syllabarum pedumque congruentia in infinitum multiplicat ac profuit: ut Diome. ait.

De Dignitate.

Dignitas est quæ reddit ornata oratione uarietate distinguens. debet. n. tracta-  
tio uaria esse: ne quod audiunt defatigent similitudinis satietate. Reficit autem animos  
ac reparat uarietas ipsa. hæc in uerborum & sententiarum exornatione diuiditur. Ver-  
borum exornatio est: quum ad ipsum sermonem propria perspicua: ornata: idonea: ele-  
ctaque uerba accommodantur. Abiecta atque obsoleta tolluntur. Sententiarum  
exornatio est: quod non in uerbis: sed in ipsis rebus quadam habet dignitatem. Est. n. Sen-  
tentia oratio sumpta de uita generalis pronuntiationem habens breuiter hortans  
re aliquam uel dehortans: uel demonstrans quale sit aliquid. Hortans uideat huiusmodi  
erit optima uiuendi ratio est eligenda: eam iucundam consuetudo reddet. Item omnes boni  
uiuendi rationes in uirtute sunt collocandæ: propterea quod sola uirtus in sua parte est  
item hi sapienter faciunt quod adolescentes maxime castigant. Dehortans uero ta-  
lis. Non oportet totam noctem dormire consultorem. Item: Heu nihil inuitis fas  
quenquam fidere diuis. Demonstrans autem. ut obsequium aicos: ueritas odium parit.

Sententias denique interpretari raro conuenit: ut rei actores non uiuendi preceptores  
uideamur esse: quum ita interponunt multum afferent ornamentum. De exor-  
nationibus autem quas colores etiam appellant libro quarto ad Herennium  
Cicero latissime edocuit: ibi ergo inspiciendæ.

De laude & Vituperatione Tit. xii.

Aus ē expositio aplificatioq; bonorū: quæ alicui accidūt psonæ uel  
I coīter uel priuatī. Coīter: ut laus hoīs. Priuatī: ut laus Socratis. Lau-  
damus tamen et res. ut iustitiā: ut muta aīalia. Necnō etiā arbores  
& semina & mōtes & fluuios & similia: Sciēdū q; demōstratiuū genus diui-  
ditur ī laudē & uitupationē. qbus aut ex rebus laudē constituerimus ex con-  
trariis rebus erit uitupatio cōparāda. Loca uero laudis uel uitupatiōis pote-  
runt eē rez externaz. Corpis & Animi. Deorum laus.

In deis autē generaliter primū maiestātē ipsius eoz naturæ uenerabimur:  
deinde proprie nī cuiusq; & inuēta: q; utile aliqd hoībus attulerūt. Vis ostē-  
ditur: ut ī ioue regēdorū oīum. In Marte belli. In Neptunno maris. Inuenta  
ut artiu ī Minerua. In Mercurio lrarū. Medicinæ Apolline. Cerere frugū.  
Libero uini. Tū si q; ab his acta uetustas tradidit cōmēorāda. Addūt etiā diis  
honorē parētes: ut si quis sit filius iouis Progenies quoq; ut Apollo ac diana  
Latonæ.

#### Hominum laus.

Magis ē uaria laus hoīs. Nā primū diuidit in tpa: quod q; āte eos fuit: quoq;  
ipsi uixerūt. Ante hoīem patria: pntes maioresq; erūt. Illa quoq; ex eo q; an-  
te ipm fuit tpe trahentur: q; rñsis uel auguriis futurā claritatē promiserunt:  
ut eū q; ex Thētide natus eēt maiorē p̄e suo futurū cecinisse dñtur oracula.  
Rez externaz sunt ea q; casu aut fortuna secūda aut aduersa accidere pnt.  
ut Gēs. Ciuitas. Genus. Educatio. Diuitiæ. Potestas. Gloria. Amicitia. & q;  
huiusmōi sunt. & ea quæ his sunt cōtraria.

Corpis sunt ea q; natura corpori attribuit cōmoda. Velocitas. uires. dignitas.  
ualitudo. & q; cōtraria sūt. Aī sūt ea q; cōsilio & cogitatiōe nra cōstāt. Prudē-  
tia. iustitia. Fortitudo. Modestia & q; cōtraria sūt. Ab Externis laus:

Ab externis rebus. Gēs ī laude: ut latinus græcus. Ciuitas: ut uenetus roma-  
nus atheniēsis. Genus in laude: qbus maioribus natus sit. Si bono gnē: parē  
aut excelsiorē fuisse dicēus. Debēus quoq; oēs p̄gēitores īsignes ad eū usq;  
quē laudatū uolumus mēorare. & ī singulis claz aliqd sūmati apponere. Si  
hūili gnē: ipm ī suis: nō ī maiorū uirtutibus hūisse p̄sidū. In uitupatiōe: si bo-  
no gnē dedecori maioribus fuisse ostēdimus: nā quosdā claritas ipsa notio-  
res circa uitia & inuisos magis fecit. Si malo: dicēus ēt maioribus suis detri-  
mēto fuisse. Debēus at ī uitupatiōibus fere cūctis irōnia uti: & ī his aduersa  
riū deridere qbus ille maxie exultat. Educatio ī laude. q; bñ hōesteq; ī bōis  
disciplinis educatus tota pueritia fuerit: ut achilles apd chironē. In uituptōe  
cōtra ide se retraxisse apte narrabimur. Deide sequit uictus: ut ī achille: q; me-  
dullis leonū pastus ē. q; p̄ce modesteq; uixerit: ut Socrates q; adeo p̄co t̄pao-  
q; uictu utebat. ut cū athēas lues s̄apenūero uastaret solus ipse nunq; agro-  
tauerit. Præterea ī diuitiis qualis aut ī paupertate cuiusmodi fuerit. Quem  
admodū hūerit in ptātibus gerēdis animū. Quæ gloria: q; aicitia: & qd for-  
titer ī inimiciis gerēdis fecerit. cuius cā suscepit īmicitias. q; fide: bēiuolētia  
offō gesserit aicitias. Si iterierit cuiusmodi mors fuerit: & q; cā: an p̄ patria

52  
pugnās obierit. Cuiusmodi res mortē eius sit cōsecuta. Si certamina i eius honorem sunt celebrata. quomodo Patroclo ab achille & anchise: ab aenea Vel ignominia cōsecuta sit ut Melio: cuius domus solo æquata.

#### A Corporis commodis laus.

A corporis cōmodis. A natura in laude: si sit dignitas atq; forma: laudi fuisse eā. nō quēadmodū cæteris infamiæ atq; dedecori iudicēus. Si vires atq; uelocitas egregia hōestis hæc exercitatiōibus & industriis cōparata. Si ualido ppetua diligētia & t̄pantia cupiditatū. Vnde Cyrus apud Xenophon tē inqt primū eqdem opando ne unq̄ saturer: id. n. difficile ē & graue. Dein uero p laborē immissa cōsumo. ita. n. mihi uideor & pseuerantius bñ ualere & robustior effici. In uitupatiōe: si erunt hæc corpis cōmoda: male his ufū dicēus: quæ casu & natura tanq̄ quilibet gladiator habuerit. Sin minus erūt p̄ter formā oīa ipsius culpa & intempantia fuisse dicēus. Ab aīo laus.

Ad oēs aut res qbus aīus hoīs maxie considerat illæ sane quattuor aī uirtutes erūt accōmodādæ. ut si laudabimus aliud qdē iuste. aliud fortiter. aliud honeste aliud prudenter factū esse dicāus. Si uitupabimus aliud iuste: aliud ignaue aliud imoderate aliud stulte factū esse dicemus. Notandū deniq; est nō necesse eē nos oīs has partes in laudem aut uitupationē trāfferre: p̄pterea q; sæpe nō incidūt. aut ita tenuiter ut nō sint necessariae. laudabis item a p̄fessiōibus & disciplia. i. qd̄ officiū professus ē: philosophicum uel rhetoricū uel militare. Laudabis quoq; a gestis ut militarē uitam degēs qd̄ i ea gesserit. Laudandū in qbusdā q; immortalitatē uirtute sint cōsecuti. Aetatis autē gradus gestorūq; regū ordinē seq̄ speciosius ē. Vt i primis annis laudat̄ in doles & pudicitia. In adolescētia uero mores. studia. disciplia. Post hoc operū. i. factorū dictorūq; cōtextus. Et sciamus gratiora eē audientibus: quæ solus qs aut primus: aut certe cū paucis fecisse diceat̄. Afferūt laudē liberi parētibus. urbes cōditoribus. leges latoribus. Inuētoribus artes. necnon iſtituta quoq; auditoribus. ut a Numa traditū deos coleat̄. Qui oīs etiā in uitupatione ordo cōstabit tātū in diuersim. Et q̄ sit quædā uirtutibus aut uitiis uicinitas. ut edū proxia deriuatiōe uerborū præcipiūt ut pro temerario fortē pro prodigo liberalē. pro auaro parcū uocemus.

#### Funeris oratio.

Funeris aut orō defunctos satis laudet: sup̄stites benigne mōeat. Filios eorū fratresq; ad uirtutis ipsorū imitationē hortet. Parentes uero & maiōres alios siq; sup̄sunt cōsoleat̄. Ante oīa generosam illogē stirpem laudat̄. Deinde educationē & disciplinā. Postreō narrat̄ ita ab eis fuisse res gestas ut maxime decebat eos q; eēt ex talibus oriūdi: funebres aut cōciones tristes: ac summissæ erunt.

#### Comparationes in laude.

Maximā uero occasionē in hmōi oratiōibus suppeditat̄ cōparationes quas qdē ponet quo in loco t̄ps admōeat. oportet. n. & cæterogē iuuenū uel uiorū p̄clara faciōra colligēdo cōferre: & huius quē laudas lōge illis maiora eē ondere. Illogē qdē quæ mīma sunt: huius at̄ quæ maxima sunt enarrādo.

Procedentes igitur per loca laudationis comparatus & urbem urbi & genus generis & uictum uictui: & professionem professionibus & gesta gestis: & ea quae accidunt extrinsecus: & diuersos mortis modos: & ea quae sunt consecuta.

Mutorum animalium laus.

Muta quoque animalia & ab loco in quo nascuntur laudantur: & a diis in quorum sunt tutela: ut columba ueneri: equus Neptuno dicitur esse consecratus.

Rerum laudes.

Res autem laudem ab inventoribus accipiunt: ut uenationem Diana inuenit. Arbores & a loco in quo gignuntur: & ab deo in cuius sunt tutela laudantur: ut oliua Minervae: laurus Apollinis.

Urbium laus.

Laudantur autem urbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor: & multum auctoritatis affert uetustas. Illa propria quae ex loci positione ac munitione sunt. In quibus spem ac utilitatem intuemur. Species maritimis planis amoenis. Utilitas salubribus fertilibus erit. Ciuitati propterea commodo talia quaedam sunt: Concordia. uires. ad bellum pecuniae & prouentu copiae. sociorum uirtus atque multitudo: quae uero his contraria sunt. inutilia.

Operum laus.

Laus etiam operum est in quibus honor. utilitas. pulchritudo. auctor spectari solet. Honor: ut in templis. Utilitas in muris. pulchritudo uel auctor utrobique est.

De Memoria Tit. xiii.

Memoria est firma animi rerum uerborum dispositionis perceptio: cuius facultatem fouet exercitatio lectiois & iteratio atque repetitio frequens. Memoriae uirtus est duplex: facile percipere & fideliter continere. Est autem prudentiae pars memoria. Nam prudentiae quae est rerum bonarum & maliarum scientia partes sunt Memoria. intelligentia. prudentia. Memoria est per quam animus repetit illa quae fuerunt. intelligentia est per quam animus ea perspicit: quae sunt. Prouidentia uero est per quam futurum aliquid uidetur antequam factum est: quae omnia Cicero libro ii. rhetoricae scribit. Sunt autem duae memoriae: altera naturalis. altera artificiosa. Naturalis est ea: quae nostris animis insita est & sine multa cogitatione nata. Artificiosa uero ea quam confirmat inductio quaedam & ratio perceptionis. De memoria Cicero libro i. de oratore sic ait. Quid dicam de thesauro rerum memoriae? quae nisi custos iuuentis cogitationibus uerbis & rebus adhibeatur: intelligitur omnia esse si perclarissima fuerit: in oratore peritura. Et ut Fabius dixit. Omnis disciplina memoriae constat: frustra quoque docetur: si quicquid audimus perterfluat. Simonides chius (ut M. Tullius libro ii. de oratore meminit) primus arte memoriae peritit. Dicitur enim cum coenaret Cranone in thessalia Simonidis apud Scopam fortunatum hominem & nobilem: cecinissetque id carmen: quod in eum scripsisset: in quo multa ornandi causa poetarum more in Castorem & Pollucem fuissent: nimis illum sordide Simonidi dixisse se dimidium eius ei quod pactus esset per illo carmine daturum. reliquum a suis tyndaris quos aequae laudasset peteret: si ei uideretur. Paulo post esse ferunt nunciatum Simonidi ut prodiret. Iuuenes stare ad ianuam duos quosdam: qui eum magnope uocarent. surrexisse illum ipsum prodisse: uidisse neminem. hoc inter in spatio conclauis illud ubi epularetur Scopas concidisse ea rui-

53  
na ipsum oppressum cum suis interiisse : quos cum humare uellent sui: nec  
possent obritos internoſcere ullo modo. Simōides dicitur ex eo q̄ memi-  
niſſet: quo eorum loco quiſq̄ cubuiſſet: demonſtratorem unicuiq̄ lepeliē  
di fuiſſe: hac tum re admonitus inueniſſe fertur ordinē eſſe maxime qui me-  
moriæ lumen afferret. Nam qui recte diuiferit nunq̄ poterit in rerum ordi-  
ne errare. Itaq̄ his qui hanc partem ingenii exercent: locos eſſe capiēdos &  
ea quæ maxime memoria tenere uelint effingenda animo : atq̄ in iis locis  
collocāda ſic fore: ut ordinem rerum locorum ordo ſerualet. Res aut̄ ipſas  
rerum effigies notaret: atq̄ ut locis pro cæra ſeu carta. Simulacris pro litte-  
ris uteremur. Conſtat igitur artiſicioſa memoria ex locis & imaginibus. Lo-  
cos appellamus eos: qui natura aut manu ſunt abſoluti : ut ædes. intercolū-  
nia: angulum fornicē: & alia quæ his ſimilia ſunt. Imagines ſunt formæ quæ-  
dam & notæ & ſimulacra eius rei: quā meminiſſe uolumus: quod genus leo-  
nis aquilæ memoriā ſi uolemus habere: imagines eorum certis i locis col-  
locare nos oportebit. Animaduertendumq̄ eſt q̄ neq̄ tam acri memoria  
ullus eſt ut non diſpoſitis notatiſq̄ rebus ordinem uerborum atq̄ ſentētia-  
rum complectatur. Neq̄ uero tam hebeti: ut nihil a conſuetudine & exerci-  
tatione adiuuetur. Industria enim ſtudio. labore. diligentia firmatur memo-  
ria. Nunq̄ ſit igitur quin aliquid memoriæ tradere uelimus. In oratore q̄ppe  
ut. M. Tullius lib. i. de oratore ſcribit. Acumen dialecticorum: ſententia phi-  
loſophorum: uerba prope poetarum. Memoria iuriſconſultorum. uox tra-  
gædorum: geſtus pene ſummorum actorum eſt requirendus. Cæterum quo-  
niam ediſcenti ſcribentiq̄ plurimum confert bona ualitudo: temperatuiq̄  
cibus: nam ne mente quidem recte uti poſſumus multo cibo & potione cō-  
pleri: memoriāq̄ humidis & frigidis non parum offenditur. Corpus ip̄m  
ſuperfluitatibus careat: hinc die quoq̄ fiat egeſtio. Vina præterea magna  
fugiantur. hominis enim mentem mutant: furoremq̄ gignunt: rerūq̄ om-  
nium obliuionē & mortē memoriæ: ut latius Plinius libro. xiiii. ſcribit. pro-  
derit autem diebus aliquot uino abſtinere: & aqua potius Saccari uti. Vnde  
Plato libro. ii. de legibus ita ſcribit. Sed multo magis q̄ cretenſiū lacedæmo-  
niorumq̄ uſum Carthaginēſiū legē probare: ut nunq̄ in caſtris q̄ſq̄ guſtare  
uinum audeat: ſed toto illo tempore aqua bibatur. & in ciuitate nunq̄ uini  
uſum ſeruo uel ſeruæ cōcederem. Sed nec magiſtratibus eo tempore: quo  
magiſtratu fungunt̄ gubernatores etiam atq̄ iudices munus ſuum ſibi ſubi-  
tuos a uino penitus prohiberem. Deliberaturos quoq̄ de rebus non om-  
nino negligendis: Ac nulli penitus interdium uinum concederem. niſi exerci-  
tationis corporeæ. morborumq̄ cauſa hoc potu opus fuerit. neq̄ etiā no-  
ſte uiro uel mulieri quando liberis operam dare uolunt. plura etiam refer-  
ri poſſent: in quibus homines legis rectæ mentisq̄ compotes uino abſtine-  
rent: hæc Plato & Gellius lib. x. c. xiiii. reſert Komulum ad cœnam uocatū  
ibi nō multū biſſe. quia poſtridie negocium haberet. Apuleius libro. iiii.

oridogē scribit: Sapiētis uiri super mensam celebre dictum esse: primā crateram ad secūdam pertinere: an ad hilaritatem. Tertiā ad uoluptatē. Quārtam ad insaniam.

De pronūciatiōe Tit. xiiii.

**P**ronūciatio quæ a. M. Tullio Actio dicitur est uocis. uultus. gestus moderatio temperātia ue cū uenustate: id est decoro. dignitate. gratia & uenere. Diuiditur igitur pronūciatio in uocis figurā & corporis motū. Altera uero aures: alter oculos mouet: per quos duos sensus omnis ad animū penetrat affectus. Actio autē (ut Cicero lib. iiii. de oratore inquit) in dicēdo una dominatur: sine hac sūmus orator esse in numero nullo potest. Mediocris hac instructus sūmos sæpe superat: huic primū locū dedisse Demosthenes dicitur: quum rogaretur quid in dicendo esset potissimū: huic secundum: huic tertium.

De figura uocis.

Figura uocis est quæ suum quēdam possidet habitum ratiōe & industria cōparatum. Ea diuiditur in tris partes. Magnitudinem. Firmitudinem. Mollitudinem. Magnitudinem uocis & firmitudinē maxime comparat natura: nō nihil auget. sed maxime cōseruat accuratio: exercitatioq; declamatiōis. Mollitudinem uocis: hoc est ut eam torquere pro nostro cōmodo possimus: maxime faciet exercitatio declamatiōis.

De Vocis firmitudine.

Firmam poterimus in dicēdo uocem cōseruare: si qua maxime sedata & depressa uoce principia dicemus: nō tamē infima & iaudita. sed quæ possit pedetentim augeri. Lædūtur arteriæ: si antequā uox bene permulsa est: acri clamore complētur. Et interuallis longioribus uti coueniet: recreatur enim spiritus uox: & arteriæ cōticendo requiescūt. Cōtinuumq; clamorem emittere & ad sermonē redire oportet pariter. Cōmutatiōes enim faciūt ut nullo genere uocis effuso in omni uoce integri simus. Et acutas uocis exclamatiōes uitare debemus: ictus enim fit: & uulnerātur arteriæ acuta atq; extenuata nimis acclamatiōe. Et si quis splendor est uocis: cōsumitur uno clamore uniuersus. At uno spū cōtinēter multa dicere couēit in extrema oratiōe: fauces. n. calefiūt & arteriæ complentur. Et uox: quæ uarie tractata est redducitur in sonum quēdam æquabilem atq; cōstantem. Cōseruat uocem cōtinui clamoris remissio. Auditoremq; maxime delectat uarietas. Et sermōe. i. pronūciatiōis suauitate aīum eius retinet & exuscitat clamore. Acuta exclamatio nocem & fauces uulnerat: eadem lædit auditore. habet. n. quiddā illiberales & ad muliebrē potius uociferatiōem q̄ ad uirilē dignitatem in dicēdo accommodatū. Ornata est pronūciatio cui suffragatur uox facilis. magna. beata. i. plena & pfecta. flexibilis. firma. dulcis. durabilis. clara. pura. secans aera. auri bus sedens. Vox autē ultra uires urgēda nō est: nam & suffocatur sæpe: & maiore nisu minus clara ē. Et interim elisa in illum sonū erumpit: cui græci nomen ab gallogē imaturo cātu dederūt. Nec uolubilitate nimia cōfundenda quæ dicimus: promptū sit os nō præceps. nihil. n. ordinatum ē: quod præcipitatur & properat: itaq; uis illa dicēdi rapida atq; abūdās (ut Seneca inqt) aptior est circulanti: q̄ agenti rem magnā ac seriem docētisq; Quid q; ne uo.

luptatem quidem ullam habet talis uerborum sine delectu ruentium strepitus:  
 Unde quemadmodum sapienti uir o incessus modestior conuenit: ita oratio pressa non audax. Ponenda igitur uerba sunt non proiicienda: & pedetentim procedendum. Tamen moderatum sit os non lentum: Nec enim stillare nec currere orator debet. Nam illa quoque inopia & exilitas minus intentum auditorem habet tadio interruptae tarditatis: quae res & difficultatem inueniendi fatetur: & segnitia soluit animos. Spiritus quoque nec crebro receptus concidat sententiam. nec eousque trahatur donec deficiat. nam & deformis est consumpti illius sonus. quare longiorem dicturis periodum colligendus est spiritus aliquantisper.

De motu corporis.

Motus corporis est gestus & uultus moderatio quaedam quae pronuntiati conuenit: & probabiliora reddit ea quae pronunciantur. Conuenit igitur in uultu pudorem & acrimonia esse: Decor quoque a gestu atque motu uenit: ideoque Demosthenes graece quoddam speculum intuens componere actionem solebat.

Caput.

Principium uero in actione sicut in corpore ipso caput est: si itaque rectum & secundum naturam: nam deiecto humilitas: supino arrogantia: in latus inclinato langor. praeduro ac rigente barbaria quaedam metis ostenditur. Tum accipiat aptos ex ipsa actione motus: ut cum gestu concordet: & manibus ac lateribus obsequat. Aspectus enim semper eodem uertitur quo gestus: exceptis quae aut damnare aut concedere aut a nobis remouere oportebit: ut idem illud uultu uideamur auersari: manu repellere. ut Dii talem terris auertite pestem: Haud eadem tali me dignor honore. Significat uero caput ipsum plurimis modis: nam praeter annuendi reuendi confirmandi quoque motus: sunt & uerrecundiae & dubitationis & admirationis & indignationis noti & communes omnibus. Sed frequens eius nutus non caret uitio: nam id iactare & comas excutendo rotare phanaticum est.

Vultus.

Dominatur aut maxime uultus. hoc supplices. hoc minaces. hoc blandi: hoc tristes: hoc hilares. hoc erecti. hoc summissi sumus. hoc pendet homines. hunc intuentur: hunc spectant etiam antequam dicamus. hoc quosdam amamus. hoc odimus. hoc plura intelligimus. hic est saepe pro omnibus uerbis. Itaque in his quae ad scenam componunt fabulis artifices pronuntiandi a personis quoque affectus mutantur: ut sit Niobe in tragoedia tristis: atrox medeae. attonitus aiex. truculentus hercules.

Oculi.

Sed in ipso uultu plurimum ualent oculi: pro quos maxime animus emanat: ut citra motum quoque & hilaritate enitescant: & tristitiae quoddam nubilum ducant. quoniam etiam lachrymas uis natura metis indices dedit: quae aut erumpunt dolore: aut laetitia manant. Motu uero intenti remissi. supbi. torui. mites. asperi. languidi: mobiles fiunt quae ut actus poposcerit fingentur. Nam apertos compressos uel eos in dicendo quis nisi plane rudis & stultus habeat.

Supercilia

Multum & superciliis agitur: nam & oculos formant aliquatenus & fronti impant. Vitium in superciliis: si aut imota sunt

omnino: aut nimium mobilia. Ira autem contractis: Tristitia deductis. Hilaritas remissis ostenditur. Annuendi quoque renuendive ratione demittuntur aut alleuantur: Nares Labra.

Narium frequens emunctio reprehenditur. Labra male porriguntur. scinduntur. astringuntur. diducuntur & dentes nudant. & in latus ac pene ad aurem trahuntur. replicantur pendent. Lambere quoque ea & mordere deforme est: Cum etiam in efficiendis uerbis modicus esse eorum debeat motus. Ore enim magis quam labris loquendum est. Cervix collum.

Cervicem erectam oportet esse: non rigidam aut supinam. Collum diuersa: sed pari deformitate contrahitur & tenditur. Sed tenso subest & labor. tenuaturque uox ac fatigatur. Affixum pectori mentum minus clarum: & quasi latiore presso gutture facit. Humeri. Brachia. Manus.

Humerorum raro decens alleuatio atque contractio est. Brachii moderata protractio. Manus uero sine quibus trunca esset actio ac debilis uix dici potest quot motus habeant: cum pene ipsa uerborum copia prosequantur. Solent itaque inter alios gestus ad se manum referre: quum de se ipsis loquuntur: & in eum quem demonstrant intendere. Manus cum sensu incipiat: & deponatur alioquin: aut ante uocem erit gestus. aut post uocem quod est utrumque deforme.

Pectus. Venter. Latera.

Pectus ac uenter ne proiciantur obseruandum. pandunt enim posteriora: & est odiosa omnis supinitas. Latera cum gestu consentiant. facit enim aliquid & totius corporis motus: adeo ut Cicero plus illo agi quam manibus ipsis putet

Pedes. In pedibus obseruentur status & incessus: plato dextro stare: & eadem manum ac pedem proferre deforme est. In dextrum procumbere interim datur: sed æquo pectore. Male etiam in sinistram pedem insistendum dextera aut tollitur: aut summis digitis suspeditur. Pedis suppositio in loco est opportuna. Est & illa indecora in dextrum ac leuum latus uacillatio alternis pedibus insistentium. Reprehendenda est & illa frequens concitataque in utramque partem mutatio. Gratiarum actio. In laudationibus

nisi funebres erunt: gratiarum actio læta & magnifica & sublimis erit. Funebres conciones tristes ac summissæ. Pronunciationis tres effectus.

Tria autem præstare debet pronuntiatio. Conciliet. persuadeat. moneat. Conciliatio fere aut commendatione morum. qui nescio quomodo ex uoce etiam atque actione perlucent. Aut orationis suauitate constat. Persuadendi uis affirmatione: quæ interim plus ipsis probationibus ualet. Monendi autem est ratio aut in representandis aut imitandis affectibus. Dicendi initium.

Quum aliquis dicere de causa iusserit: leuiter consurgendum: tum in componenda toga: uel si necesse erit etiam ex integro iniicienda. Paulum est commorandum: ut & amictus sit decetior: & aliquid spatii ad cogitandum. Non enim protinus est erumpendum: sed data breuis cogitationi mora. Mire namque auditurum dicturi cura delectat: seque etiam ipse componit: hoc præcipit Home



turum dicturi cura delectat: seque etiam ipse componit. hoc præcipit Home-  
rus Vlyssis exemplo. quem stetisse oculis in terram defixis immotoque sce-  
ptro. priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet ait. In hac cunctatione  
sunt quædam non indecetes moræ. Caput. mulcere. manum intueri. infingere  
articulos. simulare conatum: suspiratiõe sollicitudinẽ fateri. Status.

Status sit rectus æqui & diducti paulum pedes uel procedens minimo momẽ-  
to sinister. Genua recta. sic tamen ut non extendant. Humeri remissi. Vultus  
seuerus non mœstus: nec stupens nec languidus. Brachia ab latere modice re-  
mota. Dextra quum iam incipiendum erit paulum prolata ultra sinum. Vitiosum ẽ  
intueri lacunaria: perfricare faciem. Vultum quo sit magis toruus supercilis astrin-  
gere. Capillos a fronte contra naturam retro agere. Demum norit se quicquid nec tan-  
tum ex communibus præceptis. sed etiam natura sua. capiat consiliũ formandæ  
actionis. Discendum esse Tit. xv.

q Vid autem stultius est (inquit Seneca ad Lucilium epistola. lxxvii) quam quia  
diu non didiceris. non discere? Omnis ætatis homines hæc schola  
admittit. In hoc senescamur & iuuenes sequamur. in theatrum senex  
ibidem: & in circum deferar: & nullum par sine me depugnabit: ad philosophum  
ire erubescam. Tam diu discendum est: quam diu nescias si puerbio credimus quam diu ui-  
uas epistola. l. ait. Dociles natura nos edidit & rationem dedit imperfectam. sed quæ  
perficari possit. Epistola uero. Li. sic: Sed nec indurata despo. nihil est quod non expu-  
gnet pertinax opa & intentata ac diligens cura. Itaque cogenda est mens. ut incipat.  
In epistola. lxxxv. sic per uirtutis disciplina constat. pars exercitatioẽ & discas  
oportet. & quod didicisti agendo confirmes. Epistola quoque. vi. sic. Ego uero cu-  
pio in te omnia transfundere: & hoc gaudeo aliquid discere ut doceam. Nec me ulla  
res delectabit. licet eximia sit & salutaris. quam mihi unum sciturus sum. Quinti-  
lianus autem lib. ii. pueros uult ediscere electos ex orationibus uel historiis. alio  
quoque genere dignorum uoluminum locos. Hieronymusque in aureola inquit. Cui-  
dam fratri qui hebreis crediderat me in disciplinam dedi. ut post Quintilianum  
acumina. grauitatemque frontonis Ciceronisque fluuios & lenitatem Plynii al-  
phabetum discerem. stridentiamque & anhelantiam meditarer. Quid ibi laboris sum-  
pserim. Quid sustinuerim difficultatis: Quoties despauerim & contentiõe  
discendi rursus inceperim. Testis est consciã tam mea qui passus sum quam eorum qui  
mecum duxerunt uitam. Et gratias ago domino quod de amaro semine litterarum dul-  
ces fructus capio. At Horatius in arte poetica sic. Cur nescire pudens prae-  
quam discere malo? Et idem Hieronymus in aureola. Socrates ille thebanus homo  
quondam ditissimus quum ad philosophandum athenas pergeret magnam aurum  
pondus abiicit. Nec putauit se simul uirtutes & diuitias possidere posse. Qui-  
tilianus uero lib. i. ita scribit. Plato non contentus disciplinis quas præstare pote-  
rãt athenae non pythagoreorum ad quos in Italiam nauigauerat. Aegypti quoque sa-  
cerdotes adiit atque eorum arcana perdidicit. Vtque Laertius ait: Interrogatus Ari-  
stoteles quo different docti ab indoctis. inquit quo uiuentis a mortuis.

### Studendi modus Tit. xvi.

**N** hoc me recōdidi & fores clausi (inquit Seneca ad Lucilliū) ut pro  
desse pluribus possem. Nullus mihi per ocium dies exit. partes no-  
ctium studiis uendico. Non uaco somno: sed succumbo: & oculos ui-  
gilia fatigatos: cadentesq; in opere detineo. Secessi non tantum ab homini-  
bus: sed etiam ab rebus. & primum ab rebus meis posteriorum negocium  
ago. Illis aliqua quæ possint prodesse conscribo: Epistola autem Ci. sic: Inci-  
pio toto animo studere. Non multum ad hoc locus confert. nisi se sibi præ-  
stat animus. qui se certum & in occupationibus mediis si uolet habebit: In-  
ter studia uersandum est & inter autores sapientiæ. ut quælibet discamus nō  
dum inuenta quæramus. In epistola. cxxiii. sic: Si quis cum ipso: ut ita dicam  
die Inrgat: officiosior meliorq; q; si quis illum expectat & lucem primā exu-  
it. Turpis qui alto sole semisomnis iacet: cuius uigilia i medio die incipit: &  
adhuc multis hoc ante lucanum est: Catulus deniq; apud Ciceronem lib. ii.  
de oratore ait. Gaudeo iudiciū animi mei comprobari: q; semper statui. Ne-  
minem sapientiæ laudem & eloquentiæ sine summo studio & labore & do-  
ctrina consequi posse.

### Lectio qualis. Tit. xvii.

**R**imum argumentum cōpositæ mentis: ait Seneca ad Lucilliū epi-  
stola secunda existimo posse consistere: & secum morari: Illud autē  
uide: ne ista lectio multorum autorum: & ois generis uoluminum  
habeat aliquid uagū & instabile: Certis ingenis immorari & innutrirī oportet:  
si uelis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Nusq; est qui ubiq;  
ē. In peregrinatiōe uitam agentibus hoc euenit: ut multa hospicia habeant:  
nullas amicitias: Idem accidat necesse ē eis: qui nullius se ingenio familiariter  
applicant. sed omnia cursim & properanter transmittunt. Non prodest ci-  
bus. nec corpori accedit: qui statim sumptus emittitur. Nihil æque sanitatē i-  
pedit q; remediorum crebra mutatiō. Non conualescit planta: quæ sæpius  
transfertur. Nihil tam utile est. quod in transitu p̄sit distrahit librorum mul-  
titudine. Sed modo etiam inquis hunc librū euoluere uolo: modo illum: fasti-  
dientis stomachi est multa degustare quæ ubi uaria sunt. & diuersa coinqui-  
nant non alunt. Et quum multa percurreris unum excerpe: quod illo die cō-  
coquas. Hoc ipse quoq; facio: ex pluribus quæ lego aliquid apprehēdo. Epi-  
stola uero centesima nona sic. Illud tamen prius scribam: quemadmodū ti-  
bi ista cupiditas discendi: qua flagrare te uideo digerenda sit ne ipsa impedi-  
at. Nec passim carpenda sunt: nec auide inuadenda uniuersa. per partes per-  
uenitur ad totum. Aptari onus uiribus debet. nec plus occupari q; cui suffi-  
cere possimus. non quantum uis: sed quantum capis hauriēdū est. Quo plus  
recipit animus hoc se magis laxat: hæc nobis præcipere Attalum memini  
quum scholā eius obsideremus: & primi ueniremus: & nouissimi exiremus.  
Epistola item. xlv. sic. Lectio certa prodest. uaria delectat: Qui quo destina.

uit peruenire unā sequatur uiam: non per multas uagetur. Non ire istud sed errare est. Quintilianus uero lib. i. sic. Institutum est ut ab Homero atque Vergilio inciperet puer: quāquam ad intelligendas eorum uirtutes firmioris iudicio opus est. Sed huic rei superest tempus. neque enim semel legendi utiles tragœdi. Comœdiæque plurimum conferre ad eloquentiam potest: Cum per oēs & psonas & affectus eat. Est in tragœdiis uerborum granitas. & in comœdiis elegantia. Cicero ut mihi quodē uir & iucundus incipientibus quoque & apertus ē satis. Nec prodesse tantū sed amari potest: Lectio imprimis sit uirilī & cum suauitate quadā grauis: & nō quodē prosæ similis. quia carmen ē. & se poetæ canere restant. Non tñ in canticū dissoluta. nec plasmate ut nunc a plerisque fit effœminata. De quo genere. C. Cæsarem prætextatū accipimus dixisse. Si cantas male cātas. si legis cātas: præterea in lectiōe demonstrari oportet puer ut sciat ubi suspēdere spiritū debeat quo loco uersum distinguere: ubi claudat sensus: Vnde incipiat. quā tollenda uel submittenda sit uox: quid quoque flexu quod lentius celerius concitatius lenius dicendum.

Discipulorum officium. Titixviii.

Docenti & discenti debet eē propositum. auctore Seneca epistola. Cix. ut ille prodesse uelit. hic proficere. Qui ad philosophorū scholas quotidie uenit secum aliquid boni ferat. Quidam ueniunt ut audiant non ut discant. Epistola uero. liii. sic. Eligamus eos qui uitam doceant qui quū dixerit quod faciendū sit probant faciendo: qui docent quid uitandum sit nec unquā in eo quod fugiendum dixerint deprehenduntur: Eum elige ad iutorem quē magis admireris quum uideris quā quum audieris. Audiendi aut sunt præceptores. Plynus enim iunior inquit. Sed legendi semper occasio est. audiendi non semp: Præterea multo magis ut uulgo dicitur uiua uox afficit: nam licet acriora sint quæ legas. altius tamen in animo sedent: quæ pronuntiatio uultus habitus gestus etiam dicentis affigit. Circumspiciendus aut præceptor ē. cuius scholæ seueritas: pudor imprimis castitas constet a quo mores primum: mox eloquentiam discas: quæ quidem male sine moribus discitur. Minores autē præceptores: ut & Quintilianus asserit. Minus docent & peius: Erit etiam obscurior quo quisque deterio. Tradendus igitur puer optimo cuique preceptorī. Nā apud eū discipuli quoque melius instituti aut discant quā iutile nō sit imitari. aut si quod errauerint statim corrigentur. At indoctus ille et probabit fortasse uitiosa: & placere audientibus iudicio suo cogit: Hieronymus aut in aureola. Ledit discipulus magistrū si pro negligentiam suā præcepta eiusque laborē disperdat. Nec te ipse doceas. nulla ars absque magistro discitur. Festino igitur gradu progrediamur ad magistros: & eorum teramus limina: Seneca epistola septima. Cū his uersare quos te meliorem facturi sunt. Quintilianus lib. ii. Plura de officio docentium locutus. discipulos in unū interim moneo. ut præceptores suos non minus quā ipsa studia ament. Et parentes esse. non quidem corporum sed mentium credant. Multum hæc pietas con-

fert studio. Nam ita & libenter audient & dictis. Ex iudicio præceptoris discipulus pendet atq; id se dixisse recte quod ab eo probabit credat. Vultum præceptoris intueri tam q; audiunt debent q; ipse q; dicit: ita. n. probanda atq; improbanda discernent. Id aut omne fere Quintilius a Cicerone mutuatus est. ait enī ille ad filiū scribens epistolam. Nō minus præceptorē amare habes q; ipsa studia. Cū ipse alter existat pater. nō dico corporis sed mentiū multo magis illis excellentiū libenter uelis audire & dictis credere. & illi ut similis fiat desiderare. & tandem inter alios studētes te lætum & alacrem reddere. Et si quādo emēderis nō te irasci. & si lauderis te inde clariorē studio præbere. q; præceptoris officiū ē docere. Discipuli uero ē se docilem reddere quū opus sit. Iuuenalis deniq; satyra septima inqt. Dii maiorū umbris tenuem & sine pondere terrā. Spirātesq; crocos. & in urna perpetuū uer. Qui præceptorem sancti uoluere paren- is esse loco. Metuens uirgæ iam grandis achilles. cantabat patriis in montibus & cui nō tūc eliceret risum citharœdi cauda magistri. Sed ruffum atq; alios cædit sua quæq; iuuetus. Quod qdem ualde nefarium. Vt. n. Boetius ait. Non ē dignus scia qui scientiæ insurgit præceptori. nec discētis interest pbris & cōtumeliis regentē afficere. hinc Diogenes cynicus ut Laertius scribit. Athenas profectus. quū Antisthenem cōuenisset: Eumq; ille repelleret. quippe ex constituto suo neminē recipiebat. Vicit perseuerātia sua. Illo siqdem aliquādo intentāte baculū subiecto capite cæde inqt. Non. n. ita durum baculū reperies: q; me abs te quādiu aliqd dixeris arcere possit. hinc iam auditor illius factus est. Fugienda sunt uitiosorū cōsortia: pessima nāq; permixtio est studentibus cū dissoluto & improbo. Discipulus ueniēti magistro assurgat: caput inclinet: eumq; si iubeat assequatur. Ferat & secum cædulas ubi lectiōnum dubia scripta sint & præceptorem interroget. Attentus esse discipulus debeat ad audiendū: Docilis ad intelligendum. Non sit autē scholasticus discholus: id est a schola discors uel diuersus: ac diuisus. Discholus. n. dicitur qui p uicos. plateas coponas. lupanaria. spectacula publica. chores. cōuiuiaq; discurret. Ante omnia grāmaticæ præcepta discēda sunt: p eam nāq; studiorū oīum liberalium possessio iucūda reddit. Vnde & M. Tullius teste etiā Quintiliāo artis grāmaticæ diligentissimus fuit. Et ī filio ut ī epistolis apparet. Recte loquēdi asper quoq; exactor ē. nam grāmatica quædā professio est: quæ nisi oratoris futuri fundamēta fideliter iecerit: quicqd supstruxeris corruet. necessaria pueris. iucūda senibus. & quæ uel sola omni studiorū genere plus habeat operis q; ostentatiōis. Hinc grāmaticæ amor & usus lectiōis nō scholarum temporibus. sed uitæ spatio terminatur: ut idem Quintiliāus ait. Rhetoricæ quoq; lepos oīno haberi debet. nā eloquētix studiosi: ut Cicero scribit tenere possunt hoīum cœtus: mētes allicere: uoluntates impellere quo uelint: & unde uelint deducere. hac. n. cohortamur. hac persuademus. hac cōsolamur afflictos. hac cupiditates iracundiasq; restringimus. hac nos urbium societate deuinxit. hac a uita immani & fera

hoies segregavit. Nihil. n. admirabilius q̄ res splendore illustrata' uerborum  
 sniarumq̄. Prudentis quoq̄ discipuli ē sodalem habere. nubila nāq̄ existen-  
 te fortuna diligenter eū fouebit. Vrgēteq̄ morbo sedulū se exhibebit. Opti-  
 mæ ualitudinis tempore libellis uicissim gaudebunt. & iocis q̄busdam: plu-  
 rimū deniq̄ alter alteri conferet. Pecunia parce impendi debet: illa q̄ppe de-  
 ficiente ipsam nō sine pudore patriā repetere opus esset. Quidā uero habē-  
 di quos doceas: alios nāq̄ docere ē proprie facultati indulgere: ut Boetius as-  
 serit: hinc Seneca etiā epistola. vii. inq̄t Cum his uersare qui te meliorē factu-  
 ri sunt: illos admitte quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiūt: & hoies  
 dum docent discunt. Præterea nō debet discipulus magistro præsentē licet  
 summa familiaritate cōiunctus nisi iussus qd dicere. Qui. n. moderat' labia  
 sua prudētissimus ē: ut sapiens ait. Hinc Zeno phūs inepta plurima loquenti  
 adolescētulo iccirco inq̄t: aures hēmus duas. & os unū ut plurima audiamus  
 loquamur pauca. Nemo aut' stultus tacere pōt: ut Solon ait. Et sapiens inq̄t:  
 Stultus quoq̄ si tacuerit sapiens reputabit' & si compresserit labia sua intel-  
 ligens. Velit aut' discipulus ac debet ubicūq̄ præceptoris laudes referre: sic  
 enī & p̄ceptori & audiētibus gratior fiet. Præceptoris officiū Tit. xix.

Los admitte quos tu potes facere meliores inq̄t Seneca episto. viii.  
 i Ledit enim discipulus magistrū ut ait Hieronymus. Si p̄ negligē-  
 tiam suā præcepta eiusq̄ laborē disperdat: utq̄ docet Quintilianus  
 Sterilia nullo labore uicunt'. Hinc Pythagoras: teste Gellio li. i. Deinceps fa-  
 milia successionis eius a principio adolescētes: q̄ sese ad discendū obtulerāt p̄  
 naturæ indicia pensiculabat. i. mores natural'q̄ hoīum cōiectatiōe quadā de  
 coris & uultus īgenio. deq̄ totius corporis filo atq̄ habitu sciscitabatur. Tū  
 qui exploratus ab eo idoneusq̄ fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat.  
 Hieronymus præterea ī aureola sic: Magister quoq̄ discipulū corripit: quē  
 ardētioris cernit ingenii. nam medicus si curare cessauerit desperat. Sed ne  
 glorieris: q̄ multos discipulos. habeas. filius dei docuit in iudæa & .xii. tantū  
 apostoli illū seq̄bant': phariseorū aut' doctrinæ oīs populus applaudebat. Nul-  
 lius personam accipias: q̄tūcūq̄ sit potens uel nobilis. si peccauerit corripe  
 eū. Vera. n. amicitia: quæ sentit dissimulare nō debet: Sicut uictoria domini  
 triumphus seruorū: sic magistri eruditio discipulorū profectus: nisi. n. caput  
 sanū sit oīo membra erunt in uicio. Loquūtur quæ nesciunt. docent quæ nō  
 didicerunt. Magistri fiunt cum discipuli ante nō fuerint. Sed nec ad scriben-  
 dum cito profilias: & leui ducaris īsaniam. multoq̄ tempore disce quod doce-  
 as. Conuersatiōe tua magis q̄ sermone proficiant. Reuera nihil foedius præ-  
 ceptore furioso: qui dum debeat esse māsuetus & eruditus: ecōtra torto uul-  
 tu tumentibus labiis rugata fronte. effrenatis cōuiciis facie inter pallorem  
 ruborēq̄ uariata clamore perstrepit. & errantes non tam ad bonum trahit  
 q̄ ad malum sæuitia sua præcipitat. Quintilianus uero lib. ii. Maior adhibē-  
 da tamen cura est: ut teneriores annos ab iniuria sanctitas docentis custodi

at & ferociore ab licentia grauitas deterreat. Sumat igitur ante omnia pa-  
rentis erga discipulos suos animum. ac succedere se in eorum locum a qui-  
bus liberi sibi tradantur existimet: ipse nec habeat nitia. nec ferat. Non au-  
steritas eius tristis. non dissoluta comitas: ne inde odium: hinc contemptus  
oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit: nam quo sapius monue-  
rit: hoc rarius castigabit. Minime iracundus. nec tamen eorum quæ emen-  
danda erunt dissimulator. Simplex in docendo patiens laboris assiduus po-  
tius quàm immodicus. interrogantibus libenter respondeat non interrogantes  
percontetur. In emendando quæ corrigenda erunt non acerbus minime  
contumeliosus. nam id quidem multos a proposito studendi fugat: qui-  
dem sic obiurgant quasi oderint. Ipse aliquid immo multa quotidie dicat:  
quæ secum auditores referant. licet enim satis exemplariorum ad imitan-  
dum ex lectione suppeditet: tamen uiua illa ut dicitur uox alit plenius: præ-  
cipueque eius præceptoris: quem discipuli si modo recte sunt instituti & amant  
& uerentur: Vix autem dici potest. quanto libentius imitemur eos quibus  
fauemus: Sed se quoque præceptores itentem ac modeste audiri uelint: Pueros  
adolescentibus permixtos sedere non placet mihi. nam etiam si uir talis (quæ-  
lem esse oporteat) studiis moribusque præpositis modestiam habere potest  
et iuuentutem. tamen uel infirmitas ab robustioribus separanda est. & caren-  
dum non solum crimine turpitudinis. uerum etiam suspitione. At si quis est  
qui flagitia manifesta in eligendo filii præceptore non uitet. iam huic sciat  
cætera quoque quæ ad utilitatem iuuentutis componere conamur esse sibi hac parte  
omissa superuacua. iucundus tum maxime debet esse præceptor: ut quæ natura  
sunt asperi molli manu leniantur. laudare aliqua. fere quædam. Facto silentio  
unum aliquem: quod ipsum imperari per uices optimum est. constituc. et le-  
ctorem: ut protinus pronuntiationi quoque assuescant: Præceptor frequen-  
ter interrogare debet: & iudicium discipulorum experiri. nam quid aliud  
agimus docendo eos: quàm ne semper docendi sint. Imbecillibus tamen ingeni-  
is sane sic obsequendum sit: ut tantum in id quod uocat natura ducatur ita. nam  
quod solum possunt melius efficient. Nullum præterea magis expectare ultra de-  
biti temporis spacium debet. Ille. n. desidior fieret: secus autem maturius fe-  
stinabit. Et licet. in scholis rigidus esse debeat. ingressu tamen affabilis erit.  
Pueris uultum benignum præbeat: parentibusque eorum benigniorē affatū.  
docendique aditum spondeat benignissimum: sic. n. non solum puerorum corda  
mulcebit. ueque est a parentibus pecuniā facilius exiget. nam ut Cicero in offi-  
ciis ait. Difficile dictum est quanto peccat conciliet animos comitas. affabilitasque sermo-  
nis: Ludendi spacium tempestiue concedat. nam relaxare animum & dare se iucun-  
ditate uolunt. Monendique tamen caueant intemperantiam. meminerintque  
uerecundiam. ne uoluptate elati: in aliquam turpitudinem dilabatur. Molles  
caute eiiciat: ne cæteri quoque inficiantur. nam alter alterum in uicia trahimus  
inquit Seneca: Malignusque comes: quamuis candido: & simplici rubiginem

suam affricuit: Vnumq; exemplum luxuriæ multum mali facit: Socrati. Pla-  
toni & Lælio excutere mētem suam dissimilis multitudo potuisset. Nos. n.  
ipsi teste philosopho: Quia magis ad uoluptates procliu sumus. iccirco fa-  
cilius ad intemperantiam: quā ad modestiam inclinamur

Preceptoris contubernium utile esse. Tit. xx.

**Z** Enonem Cleātes (inquit Seneca epistola. vi.) non expressisset: si  
eum tantummodo audisset. uitæ eius interfuit: secreta perspexit.  
obseruauit illum. an ex formula sua uiueret. Plato & Aristoteles & omnis  
in diuersum itura sapientium turba plus ex moribus quam ex uerbis. Socra-  
tis traxit. Methrodorum & Hermarchum: & Polienum magnos uiros nō  
schola Epicuri: sed contubernium fecit. Boetius quoque discipulos admo-  
net: si possint cum preceptore cohabenti. magis enim ita castigantur: eum  
que sepius interrogare poterunt. Et hieronimus in aureola inquit. Nec ip-  
se doceas. nulla ars absque magistro dicitur. Festio igitur gradu pergamus  
ad magistros: & eorum teramus limina. Seneca idem epistola. vii. Cum his  
ueriare: qui te meliorem facturi iunt. Marcus Tullius in Lelio. Ego autem  
a patre: ita eram deductus ad sceuoiā: sumpta uirili toga: ut quoad possem  
& liceret a senis latere nunquā discederem. Ita multa ab eo prudēter dispu-  
tata: multa etiam breuiter & cōmode dicta memoriæ mandabam. fierique  
studebam eius prudentia doctior.

Vocum proprietas. Tit. x. x

Ex Donato.

**h** Omonyma dicuntur quæ una appellatione plura significant:  
Ut nepos. Acies. Synonyma. uel polyonyma dicuntur plura idē  
significantia. Ut terra: humus: tellus: ensis: mucro: gladius.

Alter de duobus dicitur. Alius de multis. Quis & hic pronomi-  
na præpositiua sunt. Is & idem subiunctiua. Hic hæc hoc demonstrati-  
uum est notat enim rem presentem. Is: ea: id. relatiuum est: nam rem  
absentē significat. Ad amicum uado: Apud amicum sum. Forma immo-  
bilis ē: & naturalis. Vultus mouetur: & lingitur. Ter. in and. forma & uultu  
Sofia adeo modesto: adeo uenusto: ut nihil supra. modestus ad probitatem  
uultus: & morum pertinet. Venustus ad naturā corporis. Damnum rei est.  
Malum ipsius hoīs. Teren. in and. quid facias illi: qui dederit damnū aut ma-  
lum. Segnitia ad agendum dicitur. Secordia ad considerādum. Ter. in and.  
Nihil loci ē segnitiae neq; secordiae. Examiatuſ ē pturbatus. Exanimus mor-  
tuus dicitur. Sollicitudo ē quæ inheret mētibus. Sollicitatio quæ ab alio fit.  
Oramus quæ bōa sūt Supplicāus ī aduersis: uel cū lachrimis. Expectamus at  
bona q̄ mala. Speramus bona. Corā ad certas psonas refertur: Palā ad oēs  
Corā indiget adiectiōe. Palā nō indiget. nā generaliter dicitur. Disp. cere est  
desquire re consilium. Ter. in and. lam aliquid dispiciam. Despicere deorsū  
aspicere: Amicus animi est.

Amator uero corporis. Confidentia interdum in bona significatione: interdum in mala ponitur. Fiducia uero semper in bona.  
Gaudemus nostris. Gratulamur alienis. Sempiternum ad deos. Perpetuum proprie ad homines pertinet. Prudens est qui in telligentia sua aliquid sentit. Sciens qui alicuius indicio rem cognoscit: prudens per se: sciens per alios. Teren. in eu. Et prudens & sciens uiuus: uidentisq; pereo. Falsum est fictum mendacium: simile ueritati. Vanum nec possibile nec uerisimile. Teren. in eu. Sin falsum aut uanum: aut fictum est. Falsum loqui mendacis est. Fictum callidi. Vanum stulti. Falsis decipimur. fictis delectamur. uana contemnimus. Expectatio certorum est. Spes uero incertorum. Expectatio propin quarum rerum. Spes longinquarum: Expectatio destinatum tempus. Spes non destinatum. Ducitur quis ad supplicium. Deducitur in letitiam. Cura mentis. Curatio medicinae. Abducimur unde nolumus. Ducimur quo uolumus. Oscula officiorum sunt. Basia pudicorum affectuum. Suauia libidinum uel amorum. praedicamus ut res sunt. Laudamus extollimus. Ter. in eu. praedicem. aut laudem. Statura corpori ascribitur. Status ad habitum refertur ergo status est scaenici: statura longitudo corporis. Putamus instantia. Reputamus praeterita. Credere dubitantis est. Certum esse fidentis. Tacemus consilia. Reticemus dolores. Opticemus quorum nos pudet. Commendamus nos cognitis. Committimus ignotis. Teren. in eu. Ego me tuae commendo: & committo fidei. Inuenire sapientis est. Incipere audacis. Perficere constantis. Consilium animi est. Factum corporis. Successus fortunae: haec tria sunt in hominum uita. Festiuitas in dictis. Facilitas uero in actis. Donum diis datur. Munus hominibus. Praemium uiris fortibus. Donum uoluntarium est. Praemium debetur. Munus tam ante factum quam post factum datur. Praemium non nisi post factum est. Insulsus sine sale & sapientia: aut sine saltu. Fatuus inepta loquens. Insulsus est corde & animo. Fatuus uerbis & dictis. Ter. in eu. fatuus est. Insulsus. tardus. Ius est quod omnia recta & inflexibilia exigit. Aequitas est quae de iure multum remittit. Ducimus uolentes. Abducimus. inuitos. Orare est placidos petere. Obsecrare iratos togare. Ter. in adel. Venit ipsius ultro lachrymans orans: obsecras Torquemus hominem. Extorquemus ueritatem. Obnunciat quod malam rem nunciat. Nam proprie obnunciare dicitur augures quod aliquid mali ominis: scaeuumque uiderint. Annunciare quod bonam rem nunciat. Erratio est pecudum: Error animi est & loci in quo errat. Circumspicimus praesentia. Prospicimus futura. Ira ex causa est. Iracundia ex uicio multum irascetis. Ridet quod simpliciter ridet. Deridet quod cum alterius irrisione & contemptu ridet. Clementis animo est. Placidus uultu. Clementis est nullum laedere. Placidi est arridere oibus



59

Tristis aīo dicitur: Truculētus uultu. Tristis qui dolet. Truculentus qui terret. Adiutores in re bona dicuntur. Impulsores in re mala. Fides ē amicus Fidelis ē seruus. Fidi in maximis. Fideles in minoribus negociis. Metuimus eos qui nos amāt. Timemus etiam inimicos. Sapis a sapiētia. Ineptus ab ineptia dicitur. Orator ē dum rogat. Exorator quum impetrauerit. Est etiam orator cui causa defendēda mādatur. Monemus cōsilio. Hortamur impulsu. Agere ē aliquid uel necessarium facere. Agitare uolūtarium. In re: in utilitatem. Ab re cōtra utilitatem. Terē. in Ecyra. Ita dii deaq̄ faxint si in rem ē Bacchidis. Expostulatio querela: sed proprie apud illum ipsum qui peccauerit. Postulatio querela apud alium de peccāte. Mereri bona dicimus. Cōmereri mala. Scimus manifesta Rescimus occulta. Agit qui iustā rem dicit. Orat qui aīo demisso precatur: ut quasi beneficiū praeestet. Segregari proprie a meretrice dicit. Disiungi ab uxore. Rescimus ex alio. Scimus etiā per nostram opionem.

Ex Aulo Gellio.

Maspiter Mars pater. Diespiter diei & lucis pater. Annales omnino id sunt quod historiae. Historiae non oīo id sunt quōd annales. quī utruq̄ sit rerum gestarū narratio. Historias esse aiūt rerum gestarum: uel expositionem uel demōstrationē. Annales uero esse: quū res gestae plurium annorū: obseruato cuiusq̄ anni ordie: & deinceps cōponuntur. Diariū qđ graece dicitur: quū nō per annos: sed per dies singulos res gestae scribuntur. Offendere significat incurrere in aliqd & incidere. Defēdere auertere atq̄ depellerē. Qu. Claudius: A Pinnis hostes defendebant facillie. Quartum cōsul tēpus assignificat & ter ante factum. Quarto consul locū assignificat ac tres ante factos. Populus omnem partem ciuitatis: omnesque eius ordines continet. Plæbs uero ea dicitur: in qua gentes ciuium patriciae non insunt. Die quarto & die praeterito dicimus. Die quartae & die quarti quae pro aduerbio copulate dicta sunt de futuro dicimus. Mentitur qui non fallitur: sed alterum fallere conatur. Mendacium dicēs ipse fallitur. Cū populo agere ē rogare: quid populū qđ suffragiis suis aut iubeat aut uetet. Cōcionem cum populo habere: ē uerba facere ad populum sine ulla rogatiōe. Præda dicuntur corpora ipsa rerum quae capta sūt. Manubiae uero appellatae sunt pecunia a quaestore ex uenditiōe praedae redacta. Tempa appellabantur loca per augures constituta: in quibus senatusconsultum fieri iure poterat: secus enim iustum non fuisset. Nec omnes aedes sacrae templa erāt. ac ne aedes quidem Vestae templum erat. Properat ille qui nnum quid mature transigit. Festinat ille qui multa simul incipit neq̄ pficit. Dicitur aut festinare quasi fessum esse. Nam qui multis simul rebus propandis defessus est: iam non properat: sed festinat. Rithmus. i. modulus. Numerus ordo pedum dicitur. Melos. id est modulatio cantus. Intolerantia est quum iniurias quae sunt ferendae non tolera

mus: neq; ferimus. Incontinentia est: quum a quibus rebus uoluptati-  
busq; nos tenere debemus non tenemus. Vani proprie dicuntur: non  
ut uulgius dicit: desipientes aut hebetes aut inepti: sed ut ueterum doctissimi  
dixerunt: mendaces & infidi: & leuia inaniaq; pro grauib; & ueris astutis-  
sime componentes. Stolidi autem uocantur: non tam stulti & excor-  
des: quam tetri & molesti & illepidi. Porcetra quæ semel peperit dici-  
tur. Scrofa uero quæ sæpius. Matrōna dicta est proprie: quæ in matri-  
monium cum uiro conuenisset: q; in eo matrimonio maneret etiam si libe-  
ri nondum nati forent. dictaq; ita a matris nomine: non adeptō iam: sed cū  
spe & omnino mox adipiscendo: Vnde ipsum quoq; matrimonium dicitur.

Mater autem familias appellata est ea sola: quæ in mariti manu: man-  
cipioq; aut in eius in cuius maritus manu mancipio esset: quoniã non in ma-  
trimonium tantum: sed in familiam quoq; mariti. & in sui heredis locum ue-  
nisset. Vena est conceptaculum sanguinis mixti cōfusiq; cū spiritu na-  
turali. in quo plus sanguis est: minus spiritus. Arteria est conceptaculū  
spiritus naturalis mixti confusiq; cum sanguine in quo plus spiritus est: mi-  
nus sanguinis. Pulsus autem est intentio motus: & remissio in corde &  
in arteria: naturalis nō arbitrarij. Vel aliter pulsus est subsultio & palpitatio  
uel ebullitio uenæ & arteriæ.

#### Ex Asconio pediano.

Templa esse dicunt singulorum locorum diis attributorum: Delubra  
loca esse multarum ædium sub uno tecto a diluuiō pluuiæ munitarū. Alii de-  
lubra dicunt ea templa: in quibus nunc delubra corporum abluendorum: mo-  
re dodonei iouis: aut appollinis delphici: in quorum delubris lebetes tripod-  
esq; uisuntur. Subsella tribunalia sunt triumfirum quæstorum: & hu-  
iusmodi minora iudicia exercentium: qui non in sellis curulibus: nec tribuna-  
libus sed in subselliis considebāt. Dies foeminino genere tempus: & iō  
diminutiue diecula dicitur breue tempus & mora. Dies horarum. xii.  
generis masculini est: Vnde hodie dicimus quasi hoc die. Oppugnare  
inimici & hostis officium est. Prodere grauius: quum ad eos qui amici  
esse debent refertur hoc uerbum. Aperte ad uerba ptinet nō obscura.

Palam ad præsentium multitudinē & qualitatem frequētis loci. Intelligit  
aliquid argumētis. Animaduertit sensibus præsentis animo utentibus.

Argumētari est argumētis uti ad rem probandam. Dicere est am-  
plificatione uti ad rem ad delectandum cōmouendumq; oratorem oratione  
ppetua. Nefandū est non fandum. Nefariū quōd sacra polluit. far-  
re pio solita celebrari: ergo nefarii sacrilegi.

Taciēsis una romanorū tri-  
bus a Tacio rege. Ramnes altera: ab romulo. Luceres alia a luco  
monte siue lucretino: siue a luco: quem lucum asylum uocauerat romulus.

Ex Macrobio.

Prudentiæ est ad rationis normam quæ cogitat: quæq; agit: uniuersa dirigere: ac nihil præter rectum uel laudabile facere. Prudentiæ insunt: ratio intellectus circūspectio: prouidentia: docilitas: cautio. Fortitudinis est: animus supra piculi metum agere: nihilq; nisi turpia timere: tolerare fortiter uel aduersa: uel prospera fortitudo præstat magnanimitatem: fiduciam. securitatem: magnificentiam. constantiam. tolerantiam. firmitatem.

Temperantiæ est: nihil appetere poenitendum: in nullo legem moderationis excedere. sub iugum rationis cupiditatem domare. Temperantiam sequuntur modestia. uerecundia. abstinencia. castitas. honestas. moderatio. parcitas sobrietas pudicitia. Iustitiæ est: seruare unicuiq; quod suum est.

De iustitia ueniunt innocentia. amicitia: concordia. pietas. religio. affectus. humanitas. His uirtutibus uir bonus primum sui: atq; inde reipublice rector efficitur. Moralis philosophia est: qua docet morum elimatam perfectionem.

Naturalis quæ de diuinis corporibus disputat. Rationalis quum de incorporeis sermo est: quæ mens sola complectitur. Hæ sunt totius philosophiæ tres partes. Festi dies dicati sunt diis. festis insunt sacrificia. epulæ. ludi. feriæ.

Profesti hominibus ob administrandam reipublicam: publicamq; concessi. Intercisi deorum hominumq; communes sunt. Fasti dies sunt quibus licet dari prætori. tria uerba solènia. do. dico. addico.

Nefasti dies contrarii sunt fastis. Comitiales sunt quibus cum populo agi licet. Comperendini quibus uadimonium licet dicere. Stati qui iudicii causa cum peregrino instituuntur.

Præliares autem omnes: quibus fas est res repetere uel hostem laceffere. Nux iuglans ubi iuuando & a glande dicta existimatur. Vel iuglans quasi iouis glans. Nam id arboribus genus nuces habet quæ sunt suauiore sapore q̄ glans est. hunc fructum iouis glandem appellauerunt.

Nux auellana seu prænestina quæ eadem est ex arbore est quæ corylus dicitur. hæc autem nucem greci ponticam uocant. Nux castanea uocatur & heracleotica. Nux græca est quæ & amygdala dicitur. sed & thasia eadem nux uocatur.

Nux mollusca uulgo persicum appellatur. Et mollusca nux dicitur q̄ cæteris omnibus nucibus mollior sit. Nuces & Mala sic diuidunt: ut nuxes dicant omne pomum quod foris duro tegatur. & intus habet quod esui est.

Malum uero quod foris habeat quod est esui & durum intus includat. Secundum hanc diffinitionem persicum quod Sueuius poeta inter nuces numerat: magis erit inter mala numerandum.

Ex Rhetoricis Ciceronis. Virtus est affectio animi constans conueniensque laudabilis efficiens eos in quibus est: Et ipsa pro se sua sponte separata etiam utilitate laudabilis. Virtus est animi habitus naturae modo: atque rationique consentaneus.

Habet autem partes quattuor. Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem & Temperantiam. Prudentia est rerum bonarum & malae scientia. Partes eius: memoria: intelligentia. Prouidentia. Memoria est per quam animus repetit illa quae fuerunt. Intelligentia est: per quam ea perspicit quae sunt. Prouidentia per quam futurum aliquod uidetur antequam factum est. Iustitia est habitus animi communi utilitate conseruata: suam cuique tribuens dignitatem. Eiusdem partes. religio. pietas. gratia uindictio. obseruantia. ueritas. Religio est: quae superioris cuiusdam naturae quam diuinam uocant: curam caerimoniamque affert. pietas est propter quam sanguine coniunctis patriaeque beniuolis officium & diligens tribuitur cultus. Gratia est in qua amicitiae & officiorum alterius memoria & remunerandi uoluntas continetur. Vindictio est per quam uis aut iniuria: & omne omne quod obfuturum est defendendo aut ulciscendo propulsat. Obseruantia est per quam homines aliquam dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur. Veritas est per quam immutata ea quae sunt aut ante fuerunt: aut futura sunt: dicuntur. Fortitudo est considerata periculorum susceptio & laborum propositio. Eius partes magnificencia. Fidentia. Patientia. perseverantia sunt. Magnificencia est regum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositio cogitatio atque administratio. Fidentia est: per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae cum certa spe collocauit. Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria: ac diuturna propositio. Perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua propositio. Temperantia est rationis in libidine atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes. Continencia. Clamentia. Modestia. Continencia est propter quam cupiditas consilii gubernatione regitur. Clamentia est per quam animi temere in odium alicuius inuentionis concitati comitare retinentur. Modestia est per quam pudor honestus claram & stabilem comparat auctoritatem. Sunt multa quae nos tum dignitate: tum quoque fructu suo ducunt quo in genere est gloria: dignitas: amplitudo: amicitia. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas alicuius est honesta & cultu & honore & uerecundia digna auctoritas. Amplitudo est potentiae aut maiestatis aut aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia est uoluntas erga aliquem bonae rerum illius ipsius causa quae diligit cum eius pari uoluntate.

Ex Tusculnis quaestionibus Ciceronis.

Cernimus oculis. Videmus autem: Cicero: Nos. n. ne nunc quidem oculis cernimus ea quae uidemus. Virtus ex uiro appellata est: uiri autem proprie maxime est fortitudo. Sapientia sanitas est animi. Insipientia est insanitas quaedam animi quae est insania: eademque dementia. Furor est mentis ad omnia caecitas. Aegrotatio in corpore est. Aegritudo in animo. Est enim animi: aduersante

rōne contractio. Metus opinio est magni mali impendentis. Aegritudo est opinio mali magni præsens. Voluntas est: quæ quid cum ratione desiderat: Libido est cupiditas uel appetentia effrenata: quæ in omnibus stultis inuenitur: est. n. aduersus rationem incitata uehementius. Gaudium dicitur quum ratione animus mouetur: ut placide atq; constanter. Lætitia est sine rōne aī elatio: nam cum & inaniter & effuse animus exultat tum illi lætitia gestiens uel nimia, dici pōt & profusa hilaritas. Aegritudo ni subiiciuntur. Inuidia æmulatio. obtrectatio misericordia; angor luctus; moeror erumna dolor lamentatio. sollicitudo molestia afflictatio desperatio & si qua sunt de genere eodem. Inuidia ægriudo suspecta pp alterius res secundas: quæ nihil noceant inuidenti. Nam si quis doleat eius rebus secundis a quo ipse lædatur non recte dicitur inuidere ut si bectori agamemnon.

Æmulatio dupliciter dicitur. Est. n. hoc nomen & in laude & in uitio: nam imitatio uirtutis æmulatio dicitur. & tunc laudis est. Est item emulatio ægriudo si eo quod quis concupierit alius potiatur ipse careat. Obtrectatio est ea quam intelligi zelotypiā uolo. Aegriudo ex eo q; alter quo q; potiatur eo quod ille ipse concupierit. Misericordia est ægriudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Nemo enim parricidæ aut proditoris supplicio misericordia commouetur. Angor est ægriudo præmens. Luctus ægriudo est ex eius qui charus fuerit interitu acerbo. Moeror' ægriudo flebilis. Erumna ægriudo laboriosa. Dolor' ægriudo cruciāf. Lamentatio ægriudo cum eiulatu. Sollicitudo ægriudo cum cogitatione. Molestia ægriudo permanens. Afflictatio ægriudo cum uexatione corporis. Desperatio ægriudo sine ulla rerum expectatione meliorum: Metui at subiecta sunt. pigritia pudor terror timor pauor examinatio. conturbatio formido. Pigritia metus est consequentis laboris. Terror metus contingens ex quo fit ut pudorem rubor sic terroré pallor & tremor & dentium crepitus consequatur. Timor metus mali appropinquantis. Pauor metus mentē de loco mouens ex quo illud Ennii: Tum pauor mihi sapientiam omnem ex animo expectarat. : Examinatio metus subsequens & quasi comes pauoris. Conturbatio metus excutiens cogitata. Formido metus permanens. Voluptati subiecta sunt maliuolentia lætans malo alieno delectatio iactatio & similia. Maliuolentia est uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Delectatio uoluptas suauitate auditus animū deliniens. & qualis est hæc aurium tales sunt oculorum: & tactuum & odorationū: & saporum quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum tāquam illiquefactæ uoluptates. Iactatio est uoluptas gestiens & se efferens insolentius. Libidini subiecta sunt. ira ex candescencia. odium inimicitia. : discordia: indigentia. desiderium & cætera eiusmodi.

Ira est libido puniendi eius qui uideatur læsisse iniuria: Excandescen-  
tia ira ē nascens ex modicoq; existens. Odium ira inueterata. Inimi-  
citia ira ulciscendi tempus obseruans. Discordia ira accerbior intimo  
odio & corde concepta. Indigentia libido inexplebilis. Desiderium li-  
bido eius qui nondum adsit uidendi. Auaritia est opinio uehēmēs de pe-  
cunia quasi ualde expetenda sit inhærens & penitus insita. Facilitas ī  
bonis rebus est & .s. alii ad alia bona sunt aptiores. Procliuitas in ma-  
lis est rebus lapsio. Morbus appellatur totius corporis corruptio.

Aegrotatio morbus cum imbecillitate. Vitium dicitur quū ptes  
corporis inter se desident ex quo prauitas membrorum distortio deformi-  
tas. Sanitas animi dicitur: quum eius iudicia: opinionēsq; concordant.

Infantiæ ut dixit Bnnius initium est color. uox oculi spiritus impotētia di-  
ctorum atq; factorum quā ptem habent sanitatis. Pulchritudo corporis est  
quædam apta figura membrorum cum coloris quadam suauitate. Pertur-  
batio est aduersa rōne contra naturam animi cōmotio. Sapientia est rerū  
diuinarum & humanarum sc̄ia cognitiōq; quæ cuius rei sit ex quo efficitur  
ut diuina imitetur humana omnia inferiora uirtute ducat. Ridere cō-  
cessum est. Cachinatio uituperatur. Gaudere decet: Lætari n̄  
decet.

Spes est boni expectatio. Metus mali expectatio. Fi-  
dentia .i. firma animi consilio. Scientia quædam est & opinio grauis non te-  
mere assentiens. Bonus uir dicitur omnibus uirtutibus īstructus & or-  
natus. Beatus dicendus est qui sit in bonis nullo adiuncto malo. Beata autē  
uita uirtute conficitur: Ex Vegetiō de re militari. Ala

res equites dicuntur ab eo q; ad similitudinem alarum ab utraq; parte pro-  
tegant acies quæ nunc uexillationes uocātur: a uelo quia uelis hoc est flāmu-  
lis utuntur. Nunc autem .i. tempus ipsius uegetii. Exercitus ex re ipsa atq;  
opere exercitii nomen accæpit ut ei nunq; liceret obliuisci ad quā uocabat̄.

Legio ab eligendo appellata est q; uocabulum eorum desiderat: fidem  
atq; diligentiam quibus milites probātur in singulis at legionibus romano-  
rum sena milia interdum amplius militā consueuerunt. In unaq; legiōe de-  
cem cohortes eē debebant. habebat autem peditum sex milia. Equites  
dccxxxii. Minor enim numerus armatorum in una legiōe eē non debebat  
Maior tamē interdum eē consueuit. Tribunus uocatus est a tribu. tribuē  
doq; iure. præerat enim militibus quos ex tribu primus Romulus legerat.  
Tessarii dicebantur: qui tessarā p cōtubernia militū nūciabāt. Tessara at di-  
cebatur præceptū ducis quo uel ad aliqd opus uel bellū mouebat̄ exercitus  
Candidati milites erāt principales. q; priuilegiis muniebāt. Cēturiōes erāt  
q; singulas curabāt cēturias. Decani erāt q; decē militibus præpositi.

Magistri militū nō tm̄ binas legiōes: sed & plures numero gubernabāt.  
Cēturia uel manipulus inter pedites appellabāt. Turma uero inter eq-  
tes dicebāt̄ hēbatq; una turma eqtes: xxxii. Decutio q; præerat turme tur-  
mæ dicebāt̄. Tubicines ad bellū uocāt milites rursumq; receptui canētes

reuocāt. Cornicines & buccinatores quōtiēs canūt: nō milites: sed eorū si-  
 gna obtēperāt ad nutū aut quū mouēda: aut iā mota figēda sunt. Tuba quæ  
 directa ē appellat. Buccina quæ i semetipsam æreo circulo flectit. Cornu  
 qđ ex uris agrestibus argento nexū tēperatū arte & spū canētis flatu emit-  
 tit auditū p hęc at tria indubitatis sonis agnoscit exercitus utq; stare. uel p-  
 gredi. an certe regredi oporteat: utq; lōge psequi fugientes an receptui ca-  
 nere. Sarissæ longissimi conti erāt. Testudo de materia uel tabulatis cō-  
 textitur. quæ ne exuratur incendio coriis uel cilicis. centonibusq; uestit. hęc  
 intrinsecus accipit trabē quæ ad onco præfigitur ferro. appellatq; Arias: uel  
 q; durissimā frontē habet. quæ subruat muros: uel q; more arietū retroce-  
 dat ut cū impetu uehementius feriat. Testudo at ad similitudinē ueræ Te-  
 studinis: uocabulū sumpsit: nā sicut illa mō reducit: mō profert caput: ira ma-  
 chinamentū interdum reducit trabem. interdum exirit: ut fortius cædat.  
 Plutei dicuntur qui ad similitudinē cassidis contexuntur e uimine & ciliciis  
 uel coriis protegunt. ternisq; rotulis: quarum una in medio duæ in capiti-  
 bus opponuntur in quamcunq; ptem uolueris admouentur more carpēti  
 quos obsidentes applicant muris. eorumq; munitione protecti sagittis siue  
 fundis uel missilibus defensores oēs de propugnaculis ciuitatis exturbant:  
 ut scalis ascendendi facilior præstet occasio. Agger ex terra: lignisque  
 extollit contra murū: de quo tela iactant. Malleoli uelut sagittæ sunt: &  
 ubi adhæserint. q; ardentes ueniunt uniuersa conflagrant. Phalarica  
 at ad modū hastæ ualido præfigit ferro. Intra tubū et hastile sulphure resi-  
 na bitumine stupisq; conuoluitur infuso oleo qđ incendiariū uocant: quæ ba-  
 listæ impetu destinata prærupto munimine ardens figitur ligno. turreamq;  
 machinā frequenter incendit. Telenon dicitur quotiens una t rabs in terram  
 præalte defigit: cui in summo uertice alia t rāuersa t rabs longior dimensa  
 medietat e cōnectit eo librament o: ut si unū caput depresseris. alt exeri-  
 gatur in unoquoque capite cratibus siue tabulatis contexitur: machina in  
 qua pauci collocantur armati. tunc p funes uno. at tracto depressioq; alt ero  
 capite eleuat i iponūtur in murū. Ex ostra pōs dicitur: q; de turre lignea rotis du-  
 ctis. murisq; appropinquat a in murū repente pducit. Balista funibus neruis  
 chordisq; tendit: quæ quāt o plixiora brachiola habuerit hoc ē quāt o ma-  
 ior fuerit tant o spicula longius emittit quæ si iuxta art ē mechanicā t ēpere-  
 tur: & ab exercitatis hoibus q; mēsurā eius añ collegerint dirigat penetrat  
 quodcunq; pculserit. Onager at dirigit lapides. sed pro neruorū crassitu-  
 dine & magnitudine saxorū pōdera iaculat. nā q̄to maior fuerit tāt o maio-  
 ra saxa fulmis more cōtorquet his duobus generibus nulla tormētōz spēs  
 uehemētior iuenit. Scorpiōes dicebāt. q; nūc manubalistas uocāt. iō sic  
 uocāt. q; puis subtilibusq; spiculis iferāt mortē. Venetus color marinis ē  
 fluctibus similis. Pila missilia erāt qbus utebat pedestris exercitus. fer-  
 ro subtili. irigono p̄fixa nouē unciarū sic pedali. q; i scuto fixa n̄ possēt absci-

di: & loricam scienter: ac fortiter directa facile prorūpebant cuius generis apud nos iam rara sūt. hæc ex Vegetio. Modestus autē ait: Pilū maius uocari missile: quod erat ferro triāgulo unciarū nouē hastili pedū quinq; semis: suoq; tempore spiculum dicebatur: ad cuius iactū exercebātur precipue milites: uocari missile: quod erat ferro triangulo unciarum nouem hastili pedū quinq; semis. suoq; tempore spiculum dicebatur: ad cuius iactū exercebantur præcipue milites quod arte & uirtute directū & scutatos pedites & loriatos equites sæpe transuerberabat. Alterum uero pilū minus erat ferro unciarumquinq; hastili triū pedum semis: quod tunc uericulum: Nunc uerūtū dicit. Nunc autē tēpore ipsius modesti intellige. Ex Capro.

Circiter ad numerum refertur. Circum ad locum. Circa ad tempus. Tūc temporis ad uerbium. Tunc ordinis est. Fidus amicus. Fidelis famulus dicitur. Cognoscimus ignota: & iuisa. Agnoscimus quæ nobis exciderāt. Similis illio ad mores refertur. Similis illi ad uultū. Col lactaneus est eiusdē mānis educatus. Collacteus est: q; uno eodēq; lacte educatus est. Suscipimus ad animū & mētē refertur. ut susceptū perficemus. Suscipimus corpe: ut suscipiūt famulæ collapsaq; mēbra. Accidit aliquid aduersi. Cōtingit aliquid pulchri. Inuidius qui inuidet.

Inuidiosus uero qui inuidiam sustinet. Vortex fluminis est. Vertex capitis. Pauperies damnum est. Panpertas ipsa conditiō. Māmæ hominis sunt. Hubera sunt pecudum. precor prospera. Imprecor tetra. Sanguis dum manet est. Cruor effusus est. Sumimus ipsi. Accipimus ab alio: sic quū dabimus dicē um est accipe. quū permitimus ipsi tollere: dicēdum est sume. Pone loci aduerbium est. Post tēporis. Vultus mutatur. Facies permanet. Mœstus animo: Tristis aspectu dicitur. Protenus p.e. aduerbiū locale est: id est porro tenus ut cū protenus utraq; tellus una foret. Protinus per.i. aduerbium est: tēporale: id est statim. Hic malus nauis arbor est. Hec malus frugifera. Pinas murorum. Pennas auium dicimus. Exprobat: qui commemorat. quæ prestitit. Opprobrat: qui opprobriū dicit: hoc est uitium. Primus ex multis. Prior ex duobus dicitur. Ducit uir. Nubit mulier. Carcer dicitur ī quo homīes coercētur. Carceres uero ūde currus effūdūtur.

Ex pompeio Festo.

Apud & penes ī hoc differūt. q; apud psonam cū loco significat. penes psonam & dominū ac potestātē: quod trahitur a pēitus. Abgregare ē ab grege ducere. aggregare ē ad gregē ducere. Abaliēatus quē qs a se remouerit. Aliēatus q; aliēus factus ē. Amita patris mei sorror: dicta qa a patre amata. Nā plus sorores a fratribus q; fratres diligī solēt. uidelicet ppter dissimilitudinē psonarū. Matertera matris sorror: q; si mater altera. Cōciliū dicitur a populi cōsēsu Vel a cōclādo. i. uocādo. Cōsiliū uel a cōsulēdo dicitur. uel q; ī uuā sētētiā pluriū mētes cōsiliāt & cōueniāt. sed a silētio credibilis dictū



putatur quo maxime inuenitur. Canterius hoc distat ab Equo: quo maia  
 lis a Verre Capus a gallo. Veruex ab Ariete: Canterius. n. equus e cui testi/  
 culi amputantur. Cuncti dicunt quide oes: sed couiuncti & congregati.  
 At uero oes et si diuersis in locis sint. Experrectus est qui per se uigilat coe  
 pit. Expergitus ab alio excitatus quem solemus dicere expergefactu.  
 Exercitus & militu Copia dicitur & ho multis negociis exercitus sed  
 supius quarti ordinis: hoc secundi e. Exeplum e qd sequamur aut uite/  
 mus. Exemplar qd simile facimus. Illud aio aestimatur: Istud oculis con  
 spicitur. Ibi dr quum locus semel demonstratur. Ibidem quum sae  
 pius: Monstrum dictum: uelut Monestrum. Prodigiu uelut praedi  
 cium qd praedicat. Portentum qd portendat. Ostentu qd ostendat.  
 Monstra dicuntur naturae modu egrediencia ut serpens cu pedibus. Auis cu  
 quatuor alis. ho cum duobus capitibus. Noxia apud antiquos damnu  
 significat sed a poetis ponitur pro culpa. Noxa ponitur p peccato aut pec  
 cati poena. Obiurgatio post turpe factu. Castigatio uero monitio e an  
 te comissum. Palmite uitiu sarmenta appellatur qd in modu palmaru uir  
 gulas quasi digitos edut. Palmulae appellant remi a similitudine manus hu  
 manae. Posticu hostiu in posteriore pte a diu. Caeteru antiq et uicinum ha  
 bitante ad posteriorem ptem a diu sic appellarunt. Deniq & quae ante nos  
 Antica: & quae post nos sunt postica dnr. Etia dexteram Antica: sinistra po  
 sticam sic et ea caeli pars quae sole illustratur ad meridiem Antica utiq noia  
 tur quae ad septentrione e postica rursumq diuiduntur in duas ptes: oriete  
 & occidentem. Praesidium e. qd p utilitate & salute alicuius auxilii gra  
 praeponitur. Subsidiu quod post positum est ad subueniendum labora  
 tibus. Properare aliud e. aliud festinare. q unum mature transigit is propat  
 Qui multa simul incipit neq pficit is festinat. Quatenus significat qua fi  
 ne sicut hactenus hac fine. Quatenus uero quoniam. Quamox signifi  
 cat q cito. Mox uero per se significat postea uel paulo post. Regiu  
 est quod est aut fuit regis. Regale est dignum rege. Sons nocens.  
 Insons innocens. Secus aliter. Haud secus non aliter. Stips  
 est numerus signatus. Stipes uero sustis terrae defixus. Tuor uideo.  
 Tueor defendo. At differentiam rerum significat ut quum dici  
 mus scipio est bellator at. M. Cato orator.

Ex Nonio Marcello.

Amare uim habet maiorem. Diligere leuius amare Cicero ad brutum  
 sic igitur facies. Et me aut amabis: aut quo contentus sum diliges. Alere e  
 uictu temporali uita snstituere. Educare at ad satietate ppetua educere.  
 Meretrix honestioris loci est & quastus. na meretrices dictae sunt. qa co  
 pia sui tantummo noctu faceret. Prostibula qd an stabulu stet quastus di  
 urni & nocturni cura. Genetrix sp q genuerit nucupat. Mri uero aliqu  
 p nutrice ponit. Pudet uerecudia e. Piget pnia. Osculu ab ore.

Suauit̃a suauitate dicit̃. Sacrificare est ueniã. petere. Lirare est propitiare  
& uotũ impetrare. Expleri est tantũmodo plenũ eẽ. Satiari supra modũ  
Arcus suspẽsus appellatur fornix. Arqus nõ nisi in cælo: quẽ irim poetæ  
dixerũt. Fors est casus tẽporalis. Fortuna dea est ipsa: Ferus est seuus Ferox  
est fortis. Faustũ est quasi a fauẽdo dictũ: ac per hoc prosperũ & propitiũ.  
Vnde cõtra infaustum minax & impropitium. Festũ uero solenniter lætũ  
& feriatũ Animus ẽ quo sapimus. Anima qua uiuimus. Sine animo anima  
est debilis: hinc animus ad intelligentiã tributus. Vultus ẽ uolũtas: quæ pro  
motu animi i facie ostẽdit. Facies oris species. Musare hoĩum ẽ occulte qd  
& oppressa uoce loquẽtiũ: quod celatũ uelint. Murmurare autẽ maioris so  
ni ẽ pximi ad tumultũ. priores cõparatiui sũt gradus. Primores sũmæ quæ  
qres. Turpilius i Demetrio. Sãdilio inixa digitis primoribõ. Poesis textus  
scriptorũ: ut odysea uel ilias homeri: aut Aeneis Vergilii. Poema inuentio  
parua: quæ paucis uerbis exprimit̃: ut i gladiatoribus ludis homeri. poetica  
ẽ ars earũ rerũ. Diomedes uero sic ait Poetica ẽ fictæ ueræq; narratiõis cõ  
gruenti rythmo uel pede cõpositi metrica structura ad utilitatẽ uoluptatẽ  
q; accõmodata: poetica ars ipsa itelligit̃. poema at pars opis ut tragœdia. po  
esis cõtextus & corpus totius opis effecti: Vt ilias: odysea: æneis. Fo  
ra neutro genere iudiciorũ & litiũ sedes sũt. Fori masculino genere sunt  
spatia i nauibus apertiora. Peritus est plusq; doctus. Vrbs est ædificia:  
Ciuitas Incolæ. Scius secum. Conscius cum alio scius est: licet con  
scium indifferenter positum legerimus. Auspicium est auium cõspectio:  
& quæ ex uolatu auĩũ significentur & uocibus. Auguriũ autẽ rerũ omniũ  
coniecturas prudẽter ac diligẽter amplectitur. Monstra & ostenta simi  
liter itelliguntur: q; iminẽtia mõstrẽt & ostẽdant. Omen uotũ ẽ mētis  
& uocis. unde sacrificatibus dicitur: bona habere omina idest ut circũstãtes  
& bona mēte uelint. & recta oribus pferãt: Portetũ nõ solũ q; portẽdat:  
sed qd iã oportet & faciat in his significationibus: quæ in auspiciis & augu  
riis & extispicis ostẽdũtur. Prodigiuũ autẽ semper pessimũ est dictũ quasi  
porro adigendũ. Virgi. lib. ii. æn. Sola nouũ dictumq; nephas harpya  
cæleno pdigiũ canit: & tristes denũtiat iras. festus uero ut supius patuit scri  
bit prodigiũ uelut prædiciũ: q; prædicat. Iniuria leuior res est quam Con  
tumelia. Pacuuius: patior facile iniuriã: si est uacua a contumelia. Fulmẽ  
est telum ipsũ: quod iacitur. Fulgur ignis qui coruscat fulmine. Vnde  
& fulgetra dicitur fulgor. Fulguratum dicitur fulgure tactum uel exustum.  
Iurgiuũ leuior res est qualis: siqdem inter beniuolos ac ppinquos dissentio  
uel cõtẽtio iurgiuũ dicit̃. Lis inter inimicos dissentio appellat̃. Audaciẽ  
temeritas ẽ. Audiẽtia fortitudinis. Merx ẽ species ipsa: Mercatura ẽ  
actus ipse lucri de merce. Mercatus aut locus in quo agit mercatura. peius  
a malo dicit̃: qd i usu ẽ & creberime frequẽtat̃. Deterius uero a bono di  
scernit̃: ut minoris sit meriti: quã illud qd placet. Virgi. lib. iiii. ge. Deterior  
qui uisus eũ ne prodigus obsit Dede neci. Idem li. viii. Deterior donec pau

latim: ac decolor ætas hæc. n. melioribus cōparata sunt. Circus ē plāicies rō  
tunda: ut circuitus. Globus soliditas undiq; rotunda: ut ē sphaera & stami  
nūglomera. Præda corpora ipsa rerum quæ capiuntur. Manubiæ ue/  
ro pecunæ ex præda uendita redactæ. Peruicaria est interdū bonag  
pseuerantia. Pertinacia sp malag. Sensus dicuntur qui sentiunt.  
Sensa quæ sentiuntur. Morosa contrariis puerisq; moribus.  
Morata bonis moribus. Morigera aliis morē gerēs. i. obsequēs.  
Vegetū incolumen ē. Vigēs forte nā uegetū corpis. Vogens ēt ani/  
mi possumus dicere: ut in multis. Profesti dies sunt a festiuitate uacui. Fe/  
sti dies in quibus festa coluntur. Quærere & requirere hoc differt. q;  
requirere est diu querere. Specula locus eminens unde logius inspicī pōr.  
Speculū despicientiā significat. Profiteri uoluntas ē. Cōfiteri neces/  
situdinis Cice. pro Manlio hoc ego non solum confiteor: uerum etiam profite/  
or honestius uel profiteri quam confiteri. Hulcus tecta & clausa ma/  
lignitas. Vulnus hians patens. Turpe leuior res ē q; foedum. Tul/  
lius de offi. Luxuria uero cum oī ætati turpis: tum senectuti foedissima ē.  
Dignitas uiris. Venustas foēis sit attribuenda. Tu! de off. li. i. Venu/  
statem muliebre m dicere debemus. Dignitatem uirilē. Ignosco præ/  
teritis. Cōcedo futura. Tullius ad Cæsarem iuniorē. Quod mihi & phi/  
lippo uacationem dabis gaudeo: nā & præteritis ignoscis: & cōcedis futura  
Despicere grauius ē: quā contēnere. Tullius in Verrē: Quēq; cōtēpserit des/  
pexerit. Cupiditas & cupidō diuersa sunt. nā cupiditas est leuior. Lucilius  
Cupiditas ex hoīe. Cupido ex stulto nunquam tollitur. q; cupiditas ps quæ/  
dam sit temperatior defluens ex cupidine. Imitatio simplex & liuorē atq;  
inuidiam non admittit. Aemulatio habet quidem imitandi studiū sed cū  
malitiæ opatione. Probatum & spectatū uis maioris est. Lucilius  
Tuam probatā mihi & spectatā adoloscētiā. Bellū & præliū hoc dif/  
ferunt: & q; prælia partes sunt belli: hoc est in bello congressiones: Lucilius  
Ut romanus populus uictus ui: & superatus præliis sæpe est multis. Bello ue/  
ro nunq; in quo sunt oīa Virgi. lib. xi. Infantem fugiens media inter prælia  
belli Sustulit exilio comitē. Euitare plus est q; cauere. Lucilius lib. vi. Quid  
cauendum tibi censerem: quid euitandum maxime. Uetustiscere & ue/  
teralcere quid intersint. Nigidius de planauit. Dicemus quæ uetustate dete/  
riora fiunt uetustiscere. Inueterascere quæ meliora. Nocens a netario  
& ipio distare uoluit Tullius de of. lib. ii. Ut nocens leuius uideri possit. Ait  
enim Nec tamen ut hoc fugiendum est. ita habendū est religioni contrariū  
Nocentem aliquando & nefarium impiumq; defendere. Mutuum si/  
ne usuris Foenus cum usuris sumitur. Nutare capitis est. Annuere: uel nue/  
re narium uel labiorum. Nictare oculorum. Innuere est fa/  
cie significare. Opprimere maius est: quam extinguerē. Tullius de ami/  
citiā inquit. Quamobrem dāda opera est. Ne qua amicorum dissidia fiant

Sin tale aliqd euenerit: ut extincte potius amicitie q̄ oppresse uideantur q̄si  
quod extinguitur possit reflāmari qd̄ opprimitur nō queat. Morbus ē cū  
accessu utiq̄ aut cōtagii aut tēporis. Vitiū est perpetua & isanabilis & irre  
uocabilis causa. Meminisse omniū ē animantium ut cibi. potiōis. somni  
uoluptatis. In mēoriā redire: seu reuocare qd̄ exciderit nisi hoīes posse.  
Die quarto tēporis præteriti. Die q̄rta t̄pis futuri eē uolūt. Qui mēti  
tur ip̄e nō falsus alter fallere conatur. Qui mēdaciū dicit ipse fallitur ut. P.  
Nigidius manifestauit. Properare is dicitur: qui unum quid mature trāsi  
git. Festinare autem dicitur qui multa simul incipit: nec perficit. Aua  
rus sēp̄ i reprehensione ē. Auidus aut̄ ab auēdo: quod ē etiā honeste icipiēdo.  
Prospicere aduersū uidere dicitur. Respicere quasi retro aspicere. Inno  
cens non no cens. Innocens illæsus. Miserari est flere & lamentari.

Misereri miserationem alienis casibus exhibere. Multum infini  
tum est: auarique applicandum. Satis finitum est: parcis & se con  
tinētibus applicadum. Inniti incubere ē. Virgi. li. vi. Ille uides pura iuuenis q̄  
innititur hasta. Obniti uero est cōtra aduersa obluētari. Vir. li. iiii. ge. VI  
q̄ adeo obniti nō cedere. Ergastulū neutro genere carceris locus. Er  
gastulus. g. m. custos penalis loci. Fremere ē magnū sonare. Virg. lib. ii. ge.  
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino. Frenere est dentē dēti  
bus irascendo quater. Virgi. lib. iii. Dētibus infrēdēs de Polymphæmo lo  
quens. Pecuniosi a pecore dicti sunt. Locupletes a possessiōibus locorum  
olim nanq̄ res erat in locorum possessionibus & i pecore. unde pecuniosi  
& locupletes uocabantur. Ex tullio de natura deorum.

Physiologia: idest naturæ ratio. Theogonia: idest deorū origo. Prolep  
sis appellatur ab Epicuro: quæ latine anticipatio dicitur: quā ante Epicurū  
nemo eo uerbo nominarat. Hemarmenē dicūt fatalē necessitatē. Mā  
tice latine diuinitio dicitur. Pietas ē iustitiā aduersus deos. Scitas ē scia co  
lēdorū deorū. Religio dōrū cultu pio cōtinetur. Aicitia nomē ab āore est  
dictū. Cometas græci. nostri crinitas uocāt. Venæ sanguinē cōtinent  
Arteriæ uero spūm: nam sanguis per uenas i omne corpus diffūditur & spi  
ritus per arterias. Vtræq̄ autē crebræ multæq̄ toto corpore itextæ: uī quā  
dā icredibilē artificiosi opis: diuiniq̄ testātur. Pupilla uocatur acies ipsa qua  
cernimus. Palpebræ sūt tegumēta oculorū mollissimæ tactu. Mūitæq̄ sūt  
palpebræ tāq̄ uallo pilorū. Mundus est: quasi cōmunis deorū atq̄ hominū  
domus: aut urbs utrorumq̄. Phisicus: idest naturalis. Sphæra ē globus ex  
solidis. Circulus autē orbis: qui cyclus græce dicitur. ē ex planis. Annua  
solis cōuersio fit diebus quīq̄ & sexagita & trecētis: q̄rta fer̄ diei pte addita.  
Annū magnū mathematici noīauerūt: q̄ tū efficitur quū solis & lunæ & qn  
q̄erratiū ad eadē iter se cōparationē cōfectis omniū spatiis ē facta cōuersio  
Veneris stella infima ē quīq̄erratiū quæphosphoros græce lucifer latie di  
citur: quū ategreditur solē: quū subleq̄tur autē hesperos: ea cursū āno cōfici t

Naturā Zeno ita definiuit: ut eā dicat ignē eē artificiosū ad gignēdū. Satur  
nū eū eē uoluerūt: q̄ cursū & cōuersionē spatorū: ac tēporū cōtineret: q̄ de  
us græce id ipsū nomē habet. Cronos. n. dicitur: qui ē idē quod spaciū tēpo  
ris Saturnus autē ē appellatus q̄ saturaretur ānis: ex se. n. natos comelle figif  
solitus: quia cōsumit ætas tēporū spatia: annisq̄ præteritis ī saturabiliter ex  
pletur. Vincit autē ab ioue: ne īmoderatos cursus haberet: atq̄ut eū siderū  
uiclis alligaret. Iuppiter. i. iuuās pater: quē cōuersis casibus iouem a iuuādo  
appellamus. a poetis pater diuūq̄ hominūq̄ dicitur. A maioribus autē nos  
tris Optimus Maximus. Et qdē āte optimus. i. beneficētissimus q̄ maximus  
q̄a maius ē: certe q̄ gratius p̄desse oībusq̄ opes magnas habet. De hoc etiā  
augures nostri dicūt ioue fulgēte tonāte. i. cælo fulgēte & tonāte. aer: ut stoi  
ci dispu tāt: īteriectus īter mare & cælū Iunonis nomē cōsecratur: q̄ ē soror  
& coniūx iouis: q̄ similitudo ē ætheris: & cū eo sūma coniūctio. Effoemina  
rūt autē eū: Iunoniq̄ tribuerūt: q̄ nihil ē eo mollius. Iunonē a iuuādo credo  
noiatā. Neptunus amādo deducitur paulū p̄mis litteris īmutatis: Ceres tā  
quā geres a gerēdis frugibō p̄ria littera mutata dicitur. Mauors dictus q̄  
magna uerteret. Minerua dicta uel q̄ minueret: uel minaretur. Iani  
nomē ab eūdo deductū ē. nā p̄cipē ī sacrificādo Ianū eē uoluerūt. Vestæ  
nomē a græcis sumptū: ea ē. n. q̄ ab illis Hestia dicitur. Vis autē eius ad aras  
& focos p̄inet itaq̄ ī ea dea q̄ ē rerū custos ī timarū omnis & precatio & sa  
crificatio extrema ē. In lāo uero p̄ria. In omnibus. n. rebus uim habēt maxi  
mā p̄ria & extrema. Penates siue a penu dicūtur. Est. n. omne quo uel  
cūtur homīes poenus siue ab eo q̄ p̄itus īsidēt. ex quo etiā penetrales a po  
etis uocātur. Sol dictus ē uel quia solus ex omnibus sideribus ē tātus. Vel  
quia quū ē exortus obscuratis omnibus solus apparet. Luna a lucēdo nomi  
nata ē eadē ē. n. lucina Itaq̄ ut apud græcos Dianā eamq̄ luciferā sic apud  
nostros Iunonem Lucinā ī pariēdo iuocāt. Diana dicta quia noctu q̄si  
diē efficeret. adhibetur autē ad partū q̄ ii maturescūt aut. vii. nō nunq̄ aut ut  
plerūq̄ nomē lunæ cursibus. Mēses lunæ cursus quia mēsa spatia cōfi  
ciunt noīantur. Venerē nostri nomīarūt q̄ dea ad res omnes ueniret  
Venustas a Venere dicta ē. Superstitiosi uocati sūt q̄ totos dies p̄cabā  
tur & īmolabāt ut sibi sui liberi supstites essent q̄ nomē patuit postea latius  
Religiosi dicti sūt ex relegēdo tāquā relegerēt & diligēter retractarēt om  
nia quæ ad cultū deorū p̄tinēt. Lex ē recti præceptio prauiq̄ depulsio.  
Naturā alii esse censēt uī quādā siue rōnem ciētē motus ī corporibus neces  
sarios. Alii autem uī participē ratiōis atq̄ ordinis tanquā uia p̄grediē  
tem declarātemq̄ quid cuiusq̄ rei causa efficiat quid sequatur. cuius solertiā  
nulla ars nulla manus efficiat. Nemo opifex cōsequi possit imitādo. Fa  
tū id ē quod semp ex omni æternitate uerū fuerit. Versutos eos appello  
quorū celeriter mens uersatur. Callidos at̄ quorū tāquā māus ope sic  
animus usu cōcalluit. Mūdū deorū domū existiāre. debemus. Corpo

omne aut aqua: aut aer ignis: aut terra: aut id: quod e cōcretū ex his. aut ex aliqua parte eorū. Horū aut nihil e: quod nō itereat. Iustitia e q̄ suū cuiq̄ tribuit. Hercules plures tradūt: Antiquissimū ioue natū: sed itē ioue at: quissimo. ex eo igitur & Iyfico e hercules quē cōcertauisse cū apollie de tripode accepimus. Alter traditur nilo natus Aegyptius quē aiūt phrygias litteras cōscripsisse. Tertius e ex deis idigētis: cui iūterias afferūt. Quartus iouis & athenarū filius: cui tyri maxime colitur: cuius carthaginē filiā ferūt. Quintus i india: qui belus dicitur. Sextus hic ex alcmēna quē iuppiter genuit sed tertius iuppiter. Ferae deae sūt specularices & iudices facinorū & sceleris. Nascio dea nominata a masculinis: quia partus matrōarū tueatur cui i agro ardeati rē diuinā facere solebāt. Leucothoe Ino cadmi filia: a graecis: a nob̄ matuta dicitur. Absyrtus medeae frater qui e apud pacuuiū Aegyaleus: sed illud nomē ueterū litteris e uulgaris. Ioues tres numerāt: duos qui theologis nominatur: Ex quibus primū & secundū natos i arcadia: alterū patre aethere: ex quo etiā pserpinā natā ferūt: & liberū. Alterū patre caelo: q̄ genuisse mēruā dīq̄ principē & iuētricē belli ferūt. Tertium cretē e iaturturni filiū cuius i illa insula sepulchrū ostēditur. Soles q̄ multi a theologis pferuntur. Unus eorū ioue natus nepos aetheris. Alter hyperione. Tertius uulcano nili filio: cuius urbē aegyptii uolūt eē eā quae heliopolis appellatur. Quartus: qui heroicis t̄pibus. Quintus is: qui colchis fertur Aetā & circen procreauisse. Vulcani cōplures fuere. prius caelo natus ex quo & minerua apollinē eū cuius i tutela athenas atiqui historici eē uoluerūt. Secundus uero nilo natus. Opas ut aegyptii appellāt quē custodē eē aegypti uolūt. Tertius ex tertio ioue & iunone q̄ lemni fabricae traditur praefuisse. Quartus memalio natus qui tenuit insulas ppter siciliā quae Vulcaniae nominabātur. Mercurius unus Caelo patre Die matre natus: Alter ualētis & phoronidis filius is q̄ sub terris habetur. Tertius ioue tertio natus & maia ex quo & penolapa pana natū ferūt. Quartus nilo patre quē aegyptii nefas habēt nominare. Quintus quē colūt pheneatae qui argētū iuenisse & argū dicitur iteremisse & argū dicitur iteremisse. ob eāq̄ causā aegyptio praefuisse. atq̄ aegyptius leges & litteras tradidisse. Hunc aegyptii treir appellāt: eodem nomine anni primus mensis apud eos uocatur. Esculapiorū prius apollinis quē arcades colūt qui specillū inuenisse primusq̄ uulnus dicitur obligauisse. Secundus secūdi mercurii frater. is iulmine pculsus dicitur humatus eē cynosuris Tertius arippi & Arinoe q̄ primus purgōnē alui dentiq̄ euulsionē ut ferūt iuēt cuius i arcadia nō lōge a lufio flumine sepulchrū & lucus ostēditur. Apollinū antiquissimus is quū paulo ante e Vulcanō natū esse dixi custodē m athenarū. Alter Corybātis filius natus i creta cuius d̄ illa insula cū ioue ipso certamē fuisse traditur. Tertius ioue tertio natus & latona quē ex hypboeis delphos ferūt aduēisse. Quartus i Arcadia quē arcades nomionē appellāt q̄ ab eo se leges ferūt accēpisse. Diāe itē plures. Priā iouis & pserpiae q̄ pinatū cupidinē genuisse dicitur. Secūda notior q̄ ioue tertio & latōa

nata accepimus. Tertia ptes Vpis traditur. Ea saepe graeci Vpi paterno noie appellat. Dionysios multos habens. Primum ioue & pserpia natu. Secundu lulio q nysa dicitur iteremisse. tertiu capro patre euq regē asieq pfuisse dicunt. Quartu ioue & lūa cui sacra orphica putatur cōfici. Quintu nylo natu & Thyōe a quo trieterides cōstitutae putatur. Vēus priā cælo & die nata Altera spūa pcreata ex qua & mercurio Cupidinē secūdu natu accepimus Tertia ioue nata & diana q nupsit uulcāo sed ex ea & mar te natus āteros dicitur. Quarta syria Cyroq cōcepta: q astarte uocatur q adōidi nupsisse p ditū ē. Minerua priā quā apollinis matrē supradiximus. Secūda orta Nylo: quā ægyptii saletæ colūt. Tertia illa q ioue generatā supradixius. Quarta ioue nata & corruphe oceāi filia q drigarū iuetrix. Quīta pallātis q patrē suū dicitur iteremisse uirginitatē suā uiolare conātē Cui pīnarū talaria affigūt. Cupido priō mercurio & diana priā natus dicitur Secūdus mercurio & uenere secūda. Tertius quidē ē Anteros marte & uenere tertia. Malitia ē uer suta & fallax ratio nocēdi.

Ex Tullio de Diuinatione.

Sagire. n. sentire acute ē ex quo sagaces dicti canes. Is igitur q ante sagit quā oblata res dicitur p sagire. i. futura ate scire. Iuno mōeta appellata ē quoniā quū terræ motus factus eēt: uox ab æde iunōis ex arce extiterat ut sue plena pcuratio fieret. Fatū autē id appello q graeci hemarmenē. i. ordinē seriē q caularū cū cā causā ex se gignat. Ea ē ex oī eternitate fluēs ueritas sempiterna. q cū ita sit nihil ē factū q nō futurū fuerit. eodēq modo nihil ē futurū cuius nō causas id iplū efficiētes natura cōtineat. Diuīatio ē earū rerū prædictio & presētio: q eēt fortuitæ. Vētos placet stoicis esse eos anhelitus terræ q frigidi sūt quū fluere coeperit. Fulgores & tonitrua existūt quū anhelitus terræ q frigidi sūt se i nubē iduerit eiusq tenuissimā quāq p tē coeperit diuidere at q dirūpere idq crebrius facere & uehemētius. Fulmē ē quū nobiū cōflictio ardor exp̄sus se emiserit. Tages qdā dicitur i agro tarqniēsī quū terra araref & sulcus altius eēt ip̄sus extitisse repēte & eū affatus eē q arabat. Is aut ē. Tages ut i libris ex hetruscorū puerili specie dicit uisus sed similes fuisse prudentia. Eius aspectu quū obstupuisset bulcus clamorē q maiorē cū admiratōe edidisset cōcursū esse factū t ot āq breuī tēpore i eū locū hetruriā cōuenisse tū illū plura locutū multis audiētibus q omnia uerba eius exceperit litterisq mādauerit. Omnē autē orationē fuisse eā q haruspiciæ disciplīa cōt ieret ut eam postea creuisse rebus nouis cognoscendis & ad eadem illa picipia referendis. Zodiacus græce signifer orbis latine dī. Orizontes a græcis noiant a nobis finientes uisum rectissime noari pnt: Illi orbis q cæli qsi mediū diuidūt & aspectū nrm definiūt. Lemmata dialectici græce appellātea q lat ini duas sūptiones. Diuinationem chrysippus definiuit his uerbis. uicognoscētē & uidētē & explicātē signa quæ a diis hōibus significant i sōnis. Ex lactatio Firmiāo Deus at ē q eterna mēs ex oī utiq pte plectæ cōsumatæq uirtutis ē. pytha

goras ita diffiniuit qd eēt deus. Aius q̄ p̄ uniuersas mūdi ptes oēm̄q̄ naturā  
cōmeās atq̄ difusus ex quo oīa quæ nascuntur aīalia uitā capiūt. Cicero aut̄  
qd sit deus in li. i. tuscu. diffinit dicens. Nec uero deus ipse q̄ intelligit̄ a nobis  
alio mō intelligi pōt. nisi mens soluta quædā libera & segregata ab oī cōcre  
tione mortali oīa sentiēs & oīa mouēs. Solidū ad existimādū ē cui nihil  
decedere possit. Perfectū ad existimādū ē cui nihil possit accedere. Cha  
os ē rudis inordinatæq̄ materiæ cōfusa cōgeries. Nec audiēdi sunt poetæ:  
Qui aiunt Chaos in principio fuisse. i. cōfusione reꝝ atq̄ elemētōꝝ: postea  
uero deū diremisit oēm illā cōgeriē. singulisq̄ rebus ex confuso aceruo sepa  
tis in ordinēq̄ descriptis istruxisse mūdū pariter & onorasse oīa. n. deus fe  
cit ex nihilo. Tales milesius q̄ unus e septē sapiētibus fuit primus oīum q̄  
fisse de causis naturalibus traditur. Aquā eē dixit a qua nata sint oīa. Deū at̄  
eē mētē q̄ ex q̄ cūcta formauerit. Ita materiā oīum reꝝ posuit ī humore. pri  
cipiū & cām nascēdi posuit ī deo Sibyllæ sūt oēs fœmine uates euer sibus nū  
cuparæ. Vel ab unius delphidis noīe uel a cōsiliis deoꝝ enūtiadis. σιονς. n.  
deos nō θεουσ & cōsiliū non βολην: sed βολιαν appellabāt æolico gene  
re sermonis. Itaq̄ Sybillā dictā eē quasi θεοβονλιν. Fortis uir ille solus debe  
at iudicari: q̄ tēperās ē & moderatus ē & iustus. Citherō boetiæ mōs thebis  
uicinus ubi liber p̄r natus ē: ubi ēt orpheus primus sacra liberi celebrauit. q̄  
mōs quū frequenter citharæ cātu p̄sonaret Citherō appellatus ē: Ea sacra ēt  
nūc orphica noīant̄ ī q̄bus ipse postea captus & dilaceratus ē. Anthropol  
αυ ρωπός hō a græcis appellatur q̄ sursum spectet: Vnde & ouid. Inquit  
os hōi sublime dedit: cælumq̄ uidere iussit. & erectos ad sidera tollere uul  
tus. Diabolū Διαβουλον græci appellant nos criminatorem uocamus q̄  
crimina in que ipse illicit ad deū deferat. Est at̄ malorū spirituū princeps.  
Materia est ex qua fit aliquid. lumenta dicta sunt magnarum uirium aīalia:  
a iuuando q̄ in excolenda terra iuuarent. Homo nūcupatus est q̄ sit factus  
ex humo. deus. n. hominem figurauit ex limo terræ ad imaginis suæ formā  
quæ nihil pōt esse perfectius: Nemo autem potest iure dici homo. nisi q̄ sa  
piens est. Parcas tres esse uoluerunt hinc illud est. Cloto colum baiulat la  
chesis trahit Atropos occat. Vna. n. uitam hominibus orditur: Altera con  
textit. Tertia rumpit ac finit. Incipimus. n. quum nascimur & sumus quū nasci  
mur & sumus quum uiuimus & desinimus quum interimus. Oīa nanq̄ tri  
bus temporibus contineri necesse est. præterito. præsentī. futuro. Præteriti  
est origo p̄ntis substantia. Futuri dissolutio quæ oīa in singulis hōibus appa  
rent. Paradisū. i. hortū fœcūdisimū & amœnissimū ī ptibus orientis oī ge  
nere ligni arborūq̄ deus conseruit ut ex earū uariis fructibus aleretur homo  
ex limo generatus ex persq̄ oīum laborū deo p̄ri sūma deuotiōe seruiret.  
Dæmonas grāmatici dictos aiunt pitos ac reꝝ scios hos at̄ putāt deos esse  
Duo uero genera Dæmonū scā sunt. Vnū cæleste alterū terrenū hi sūt īmū  
di spūs malorū quæ gerūtur. autores quoꝝ Diabolus est princeps cui ab ini



tio deus dederat terræ potestatem. Ipsi autem spiritus contaminati & perdit per omnem terram uagantur: & solatiū perditionis suæ pendis hominibus operamur. Itaque omnia insidiis fraudibus, terroribus complēt adherēt. n. singulis hoibus & omnes hostiatī domos occupāt: ac sibi Genioꝝ nomē assumūt. sic. n. latino sermōe Demōes interpretātur. hos ī suis penetralibus cōsecrāt & uenerātur quasi terrestres deos: & q̄si depulsores maloz quæ ipsi faciūt & irrogāt. Qui quoniā sūt spiritus tenues & icōprehēsbiles insinuāt se corporibus hominū: & occulte ī uiseribus opti ualitudinē uitiāt: morbos citāt sōnis animos terrent. & mētes furoribus quatiunt: ut homīes his malis cogāt ad eoz auxilia decurrere. Nocent illi quidē sed his q̄bus timentur: quos manus dei potēs & excelsa nō protegit: qui p̄phani sūt a sacramēto ueritatis: Iustos autē idest cultores dei metuūt cuius nomē adiurati de corporibus excedūt: quorum uerbis tāq̄ flagris uerberati: nō modo esse se cōfiteantur: sed etiā nomia sua edūt illa: que ī tēplis adorātur. Simulacra a simulatiōe. i. a fallatia dicta sunt. Philosophia est: ut nomen indicat studium sapientiæ.

Phūs. i. quesitor sapientiæ. Sciētia certi ē: cuius est scire proprium. Opinatio incerti: id enī opinatur quisq̄ quod nescit. Humāitas plane uocatur miseratiōis affectus: quia humanitatis officiū ē necessitati hominis piculo subuenire. Fortuna est accidētū rerū subitus atq̄ iopinatus euētus. Vulgus & imperiti fortunā putāt esse: quæ tribuit hominibus bōa & mala. Nā simulacrū eius cum copia & gubernaculo fingūt: tanq̄ hæc & opes tribuat. & humanarum rerum regimen obtineat cui opinioni & Virgilius assensit q̄ fortunam omnipotentem uocat. & historicus qui ait: Sed p̄fecto fortuna in oīe dominatur.

Deus pater iō appellandus ē. q̄a nos creauit. nobis etiā multa & magna largitur. Dominus ideo. quia regit. castigandiq̄ & puniēdi habet maximam potestatem. Immortalitas est regni cælestis hæreditas. i. summum bonum. Sermo est spiritus cum uoce aliquid significante prolatus. Logos & sermonem significat & rationem. Iesus inter hoies nominatur: Nā Gristus non propriū nomē est nuncupatio potestatis & regni. Vnde ab unctiōe nominatus est cristus. Iesus at̄ latine dicitur saluator quia cunctis gentibus salutifer uenit. Emanuel significat nobiscū deus. s. q̄a illo p̄ uirginē nato. confiteri hoies oportebat deū secū eē. i. in terra & in carne mortali. Id at̄ nomen propheta Isaias protulit dicens. ecce uirgo concipiet in utero: & pariet filiū: & uocabitur nomen eius Emanuel. Ticionē uulgo appellant extractū foco torrē semiustū & extinctū. Testamentum iccirco Moyses & iidem ipsi p̄phetæ uocant legem quæ iudeis data erat: quia nisi testōr mortuus fuerit: nec cōfirmari testm̄ pōt nec sciri qd̄ in eo scriptū sit q̄a clausum obsignatū ē. Itaq̄ nisi Christus mortē suscepisset. ap̄ire testm̄. i. reuelari & intelligi misteriū dei nō potuisset. Verū scriptura oīs in duo testamenta diuisa ē. Illud qd̄ aduētū dñi passiōemq̄ antecessit. i. lex & p̄phete uerus dñ. Ea uero q̄ post resurrectiōem eius scripta sunt. Nouū testm̄no.

minatur. Iudei ueteri utuntur: Nos nouo: sed tamen diuersa nō sūt quia nouum ueteris adimpletio ē & utroq; idē testator ē christus qui p nobis mortē suscepit Nos heredes æterni regni fecit abdicato & exheredato populo iudeorū. Religio nomē accepit a religādo quia hoc uiculo pietatis obstricti deo & religati sumus. Nō autē ut Cicero interpretatus ē ab religēdo ut scribit in libro de. n. d. Religio ueri cultus est. Superstitio falsi Supersticiosi. n. uocātur aut hi qui supstitē memoria defūctorū colūt ut qui parentibus suis superstitionibus colebant imagines eorū domi tāquā deos penates. Nā qui nos sibi ritus assumebāte ut i deoꝝ uicem mortuos honorarēt quos ex hominibus i celū receptos putabāt hos supstitiosos uocabāt Eos uero q; publicos & antiquos deos colerent religiosos noiabant. Vnde Virgilius. Vana supstitio ueterūq; ignara deorum. Superstitiosi qui multos ac falsos deo colunt. Religiosi qui uni & uero deo supplicant. Sapiētia ē itelligētia uel ad bonū rectumq; faciēdum. Vel abstinentia delictorū factorumq; improborum. Stultus est qui: quid sit bonū ac iustū non scit: & ideo semper peccat. Patiētia est malorū quæ aut feruntur aut accidūt cū æquanimitate p/latio: Est autem magna & precipua uirtus Patientia. hæc. n. perturbatū animū ad fluctantem ad tranquillitatem suam reuocat: hæc mitigat hæc hominem sibi reddit qua quidē stulticarēt. Virtus est iram cohibere: cupiditatem cōpescere: libidinē refrenare id est. n. uitiū fugere. Letitia est in solēter se offerēs gaudium. Cupiditas est perseuerans ac ppetua uolūtas. Frugalitas est abstinentia quidem uoluptatum. Liberalis is ē: qui cibū & benemeritis: & quum oportet: & quātum satis est: largitur. Prodigus is ē: qui & nō meritis: & quum opus nō ē: & sine respectu rei familiaris effundat Cogitatio nihil aliud ē quam mentis agitatio. Bonus uir ē qui pro sit quibus possit: noceat nemini. Furias tres esse poete dixere: q; mentes hominum exagitant: propter tres affectus: qui homines in oia facinora precipites agant. Ira enim ultionem desiderat. Cupiditas opes. libido uoluptates. Sanus. iustus pfectus ille hō ē: q; ad alienā foelicitatē nō attollat oculos: opes nō admiretur. alienā mulierē sancte uideat. ni hil oīno appetat. non cōcupiscat aliena nō inuideat ulli. nō fastidiat quenq;. sit humilis misericors. beneficus. mitis. humanus. pax i animo eius ppetua uersetur. Sacrificiū ē laus & hymnus. Sapiētia q; soli homini data ē: nihil aliud est q; dei noticia. Mēs & anima nō idē est. Aliud ē. n. quod uiuimus: aliud quod cogitamus. nā dormiētium mēs: nō aīa sopitur. & i furiosis mēs extinguitur aīa manet. & ideo nō exāimes: sed demētes uocātur. Mēs ergo. i. itelligētia uel augetur. uel minuitur pro etate. Anima i statu suo semper est. Corpus uas est aīe: uel receptaculū. ita nec aīa ps est corporis. Hidaspes qui fuit medorū rex antiquissimus: a quo amnis quoq; nomen accepit: qui nunc hidaspes dicitur sub interpretatione uaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit sublatū iri ex orbe imperium nomenq; Romanū: quod multo ante præfatus est


68


quæ illa troiana gens cõderetur. Ira cõmotio mētis ē ac pturbatio siquidē cū  
in animū cuiusq̄ icidit uelut seua tempestas tātos excitat fluctus: ut statū mē  
tis immutet: ardescāt oculi. os tremat. lingua titubet dentes cõcrepēt. alie  
rius uultum maculet: nunc suffusus rubor. nūc pallor albescens. Ira est: ī  
quit Seneca: cupiditas ulciscende iniuriæ. Alii: ut ait possidonius: Cupiditas  
puniendi eius a quo te inique putes læsum. Quidā ita diffinierūt. Ita est inci  
tatio animi ad nocendum ei: qui aut nocuit: aut uocere uoluit. Cicero autē  
ait. ira est libido ulciscendi. ira itē est motus animi ad cõercēda peccata īsur  
gētis. Mors ē dissolutio naturæ: Caput dictū ē: q̄ hinc capiant initium sē  
sus ac nerui: in eo. n. est regimē totius animātis. q̄ Varro ad Ciceronē scri  
bit. Frōtem nominatam Varro existimauit ab oculorum concavis forāi  
nibus. Aures ab audio uelut audes p̄ imitationē litteræ sūt nominatæ  
Oculos dictos eē Varroni placet: quoniam eos deus ciliorū te gminibus oc  
culuit ut munitiores essent ab iniuria. Palpebræ quibus mobilitas iest  
a palpitatione dictæ sunt: pilis in ordine stantibus uelatæ septum oculis de  
cētissimū præbens. Acies ē mēbrana illa perlucēs pupillas nūcupamus  
scintillas luminum media parte conclusas: in quibus puris ac subtilibus cer  
nendi sensus ac ratio continetur. Gingiuæ a gingnendis dentibus no  
minātur. Mentum deductum est clemēter a genis. & ita īferius cõclu  
sum: ut acumen eius extre mum signare uideatur leniter impressa diuisio.  
Pollex digitus a cereris separatus nomen accepit: q̄ ui & potestate inter cæ  
teros polleat. Nares dictæ: quia per eas uel odor uel spūs nare nō desi  
nit. Vir nominatus est q̄ maior ī eo uis est: q̄ in foemina. Virtus  
a uiro nomen accepit. Mulier: ut Varro interpretatur a mollicie ē dic  
ta mutata & detracta littera uelut molier. Mens uel animus nuncupa  
tur sensus ille uiuus atq̄ celestis: qui quidem tantæ mobilitatis est: ut ne tum  
quidem quum sopitus est conquiescat: tantæ celeritatis: ut uno temporis pū  
cto cœlum omne collustret. si uelit maria puolet: terras & urbes peragret.  
Harmoniā musici uocāt intentionē: concentuūq̄ neruorum itegros mo  
dos sine ulla offensione consonantium:

Impressum Venetiis per christoferum de pensis.  
M.cccclxxxvi. die. iiii. iuni.









KLV



89

Biblioteca de Catalunya

Reg. 501.931

Sig. \_\_\_\_\_

Inc. 114-2°

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001801398

